



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

GoogleTM books

<https://books.google.com>









Page 26

MODESTA
DISQVISITIO

NOVI PHILOSOPHIÆ
SYSTEMATIS

DE
DEO, MVNDO ET HOMINE,

ET PRÆSERTIM
DE HARMONIA COMMERCII INTER ANIMAM
ET CORPVS PRÆSTABILITA:

CVM EPICRISI

IN VIRI CVIVSDAM CLARISSIMI
COMMENTATIONEM

DE DIFFERENTIA NEXVS RERV M SAPIENTIS
ET FATALIS NECESSITATIS, NEC NON SYSTEMATIS
HARMONIÆ PRÆSTABILITÆ ET HYPO-
THESIV M SPINOSE:

FRÆMISSA PRÆFATIONE
ORDINIS THEOL. IN ACADEMIA
FRIDERICIANA

E GENVINIS VERÆ PHILOSOPHIÆ PRINCIPIS

INSTITVIT
D. IOACHIMVS Sange,

S. THEOL. PROF. ORD. K

HALÆ SAXONVM, MDCCLXXIII.
PROSTAT IN OFFICINA ORPHANOTROPHEL.





DECANVS, SENIOR & PROFESSORES RELIQVI FACVLTATIS THEOLOGICÆ IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA

L E C T O R I B V S

SALVTEM IN CHRISTO DICVNT
PLVRIMAM.



Anioris philosophiæ studia bene ordinata ac recte dispensata sacro theologiæ studio non obstare, sed multis potius modis inservire, nemo prudens ignorat. Quænam vero genuina sit eorundem tractatio, præsertim in perbreui vitæ academicæ curriculo, in eo non omnes consentiunt, & ut recte definiatur, non exigui momenti res est. Hac enim ratione ex una parte neglectui, ex altera confusionsi & communi

muni aberrationi occurritur. Si nobis, quod res est, quam fieri potest brevissime, dicendum; ante omnia ipsi theologiæ cultores pro diversitate sua probe distinguendi sunt. Alii valent iis animi dotibus, ut non solum ipsis sacris literis, sed iis etiam, quæ iisdem famulantur, cum fructu percipiendis pares sint ac idonei. Et hi ipsi si simul e benigna DEI manu acceperunt, ex quo aliquanto diutius in Academiis possint vivere, & sic etiam istud tempus, quod haud paucis victus causa instituendis aliis impendendum est, studiis suis servare integrum; habent sane, de quo sibi gratulentur. Aliis vero deest partim ingenii, partim subsidiorum, unde vitam sustentent, largior facultas: atque ita aut Academiam justo citius relinquere, aut temporis permultum, studiis suis subtractum, parandis vitæ necessariis impendere coguntur.

Hæc autem plane dispar juvenum ratio omnino disparem requirit viam in studiorum academicorum tractatione, *necessariorum ac utilium* differentia præcipue determinandam. Etenim cum feliciores illi cum *necessariis* etiam *utilia* conjungere possint, reliquis *sola necessaria* commendanda sunt; & inter hæc ipsa quam maxime illa, quæ in classe istorum primum ac
secun-

secundum tenent locum, h. e. ea, quæ ad studium *thetico-biblicum*, seu *dogmaticum & exegeticum*, sufficienti philologiæ sacræ, seu linguarum sacrarum, peritiâ instructum, pertinent. Et cum illi ipsi vix hisce maxime necessariis sint ac plenius tractandis sufficient, & ad reliqua h. e. linguarum orientis reliquarum, nec non antiquitatum & historiæ ecclesiasticæ, atque theologiæ elencticæ, studia debito modo excolenda minus adhuc temporis retineant; facile liquet, ipsis quidem a philosophiæ & matheseos studiis ex instituto tractandis abstinendum esse.

Isti vero, quibus ad hæc aditus patet, quo ordine ea tractare debeant? non immerito quæritur. Sunt, qui ista theologiæ *præmittunt*: nec desunt, qui eadem isti demum *subjungunt*: at utrique consilio non satis prudenti ac felici. Etenim utraque & præmissio & subjunctio, præsertim ejusmodi, quæ majorem vitæ academicæ partem in solidum sibi vindicat, theologiæ ipsi non recte consulit. Et præmissio quidem, quæ a sacrarum litterarum tractatione plane sejuncta est, animum ea rep'ere solet vanitate & *evadida*, ut deinceps, quando ad istam accesserit, sibi ipsi suæque habilitati tribuere soleat nimium, & principio gratiæ parum; sic, quo

redditus est insolentior; eo ineptior factus. Nam ea jam per se est naturæ nostræ corruptio, ut quo minus viribus suis valet in rebus spiritualibus, eo plus in iis sibi arrogare soleat. Et hanc ipsam præsumptionem non parum augere solet solitaria ista, quæ nonnullis placet, rerum mere naturalium tractatio, adeo, ut theologia evangelica si non ipsius theoriæ, tamen praxeos respectu degeneret in Pelagianam, quæ in salutis negotio pestis est. Nec ulla idonea subest ratio, quæ istam philosophica tractandi methodum suadeat, aut commendet. Cum enim doctrinæ revelatæ sibi relicto luminis naturalis principio non superstructæ sint, ideoque nec ex eo deriventur; illæ studia philosophica pro fundamento suo adeo non agnoscunt, ut etiam sine iis feliciter tractari possint, præsertim ab illis, qui per naturam excultæ rationis usum, qui ipsa logica naturalis est, haud destituuntur. Et his ipsis notionum philosophicarum subsidium, quod jam in scholis cum aliqua logicæ technicæ peritia sibi compararunt, eo magis sufficit, quo minus hodie theologiâ illa scholastica, quæ sine uberiori philosophiæ scholasticæ apparatu olim tractari haud poterat, in academiis dominatur; utpote biblicæ illi ac castæ methodo jam dudum posthabita. Ad

Ad istam vero tractandi rationem, quæ philosophiæ culturam studio theologiæ, quod vulgo pro absoluto habetur, demum subjungit, quod attinet, ea consultior quidem videtur: sed tamen etiam ipsa non caret aberratione. Quod si enim hæc rerum philosophicarum *tractatio solitaria*, & ab operis theologicis plane sejuncta est, prodit animum non solum rerum sacrarum fastidio, sed imperitia etiam, laborantem: utpote qui existimat, se istarum campum, quem tantum ingressus erat, jam emensum esse. Ut nihil nunc dicamus, de majoris corruptionis periculo, quod menti ejusmodi non bene compositæ, nedum ad apostolicæ doctrinæ hypotyposin regenitæ ac formatæ, ab inconsulta ejusmodi opera impendet.

Quæ cum ita sint, illis, quibus ad philosophiæ studia dicto modo aditus patet facilior, consultissimum est, ut ea cum *Theologia tractatione*, quæ vitæ academicæ *primordia, medium ac finem* sibi vindicat, prudenter conjungant. Quia vero cum eadem etiam conjungenda sunt ea, quæ ad philologiam sacram, seu notitiam linguarum sacrarum, nec non ad historiam ecclesiasticam pertinent, singula vero ista in unum conjuncta animum mole sua obrutura essent,

cum

cum magno ipsius studii theologici detrimento; etiam in ipsa conjunctione habendus est delectus. Et hic quomodo institui debeat, facile cognoscitur, si ea, quæ *memoria* sunt, a rebus *judicii* distinguantur. *Linguas* vero cum *historia* vigorem *memoriae* sibi quam maxime deponere, & res philosophicas *judicii*, nemo negabit. Jam cum *memoriae* vis cum ætate, etiam juvenili, sensim decrescat, *judicii* autem robur magis magisque accrescat; ipsa natura hoc nobis axioma didacticum & litterarium subministrat, *quod cum studio theologico primum conjungenda sint ea, quæ memoriae, deinceps ista, quæ judicii res sunt.*

Nè vero isti, quibus aut ingenii tenuitas, aut subsidiorum defectus, ad longiorem vitæ academicæ continuationem, istam studiorum conjunctionem non permittit, animum despondeant suum; noverint, sibi etiam satis bene consuli sola necessariorum tractatione, & hanc ipsam eo feliciori successu beari, quo est fidelior, seu quo magis est practica, ipsam fidei & vitæ praxin cum purioris doctrinæ theoria quam arctissime jungens. Hæc enim est, quæ sola reddit *providentis* & ad ministerium Spiritus Sancti idoneos ac fideles.

Pauca

Pauca hæc pro instituti ratione nunc sufficiant de *utili ac prudenti studiorum*, theologici ac philosophici, *conjunctione*. Cum vero philosophia hic supponatur *sanior*, & ne sanioris quidem tractatio utilis sit, nisi in justo ordine: facile potest colligi, quantum periculi ac noxæ ejusmodi philosophiæ systematibus, quæ e falsis ac noxiis contexta sunt principiis, in omnem theologiam redundet. Quæ ut ordine, quem historiæ philosophicæ series exhibet, hic recensemus, opus haud est. Dolemus vero, istis annumerandas esse hypotheses illas *Leibnitianas*, quæ, ex antiquo illo *Stoicorum*, nec non ex recentiori *Cartesii* ac *Spinosa*, eorumque pseudophilosophorum, qui *Idealistæ* vocari solent, systemate adoptatæ, singularis sapientiæ speciem præseferunt, & imperitos ac inconsulte curiosos in admirationem & errores rapiunt haud exiguos: quo difficilius autem detegi possint, miras *εὐφροσύνας* sua, suaque subtilitatis obscurioris consecratione, latebras quæerunt.

Et cum hæc ipsa philosophia Leibnitiana, a clarissimi nominis philosopho in peculiaris systematis formam redacta, apud nos tradi coepit, varia, eaque non exigua, inde damna sensimus, præcipue in illo studiosæ juventutis gre-

ge, qui, sancta theologiæ studiis deditus, curæ nostræ est commissus. Cui noxæ ut obviam iremus, non intermisimus, quæ officii ratio postulavit. Et cum ipsa viri cel. scripta curatius legissemus, videremusque, errores per ea latius serpere, collatis cum amplissimo philosophorum ordine sententiis (nec enim, qui systema Leibnitianum approbent, in numero Professorum hic novimus) in competenti loco, quod res est, peculiari scripto diximus. Cum vero publicis doctrinæ scandalis etiam medela publica sit occurrendum, collega noster conjunctissimus, DN. D. IOACHIMVS LANGIVS, communi suffragio nostro hoc in se suscepit negotium: & eo quidem lubentius promptiusque, quo magis ipsi hujus laboris necessitas fuit cognita, eoque, uti e manuscripti lectione deprehendimus, nostro quidem iudicio id præstitit feliciter solidiusque, quo magis ipsi tota systematis Leibnitiani compages ac analogia cognita est ac perspecta.

Quod vero hæc istius disquisitio in lucem emittatur publicam, vix clarissimus, quocum ipsi disputatio intercedit, eo minus ipsi vitio vertere potest, quo modestior ea est, & quo confidentius is præsertim scriptum aliquod nostrum privatum publico sic dictæ *Commentationis luculenta tracta-*


tractatu excepit; & ita quidem, ut Leibnitiani systematis hypotheser, naturali & revelatæ religioni noxias, incrustaverit potius ac tueri annifus fuerit, quam correxerit, systematis sui veritatem & soliditatem multis cauffatus. Quid? quod ipse tempore hujus anni verno accepta occasione aliqua scripto quodam publico illos omnes, qui philosophiam suam crederent habere hypotheser erroneas noxiasque, & inter hos etiam Theologos, ad publicum examen provocaverit. Exhinc prudens lector perspicit, silentium publicum plane fuisse inconsultum, & occasionem daturum triumpho, veritati, imprimis illi, quæ præcipua, seu religionis & doctrinæ moralis est, non parum damnofo. Huc accedit ea disputationis hujus facies, quæ collegæ nostro carissimo *respondentis ac apologetæ* locum ac jura tribuit. Cum enim Leibnitianum philosophiæ systema doctrinas universales, in quarum possessione ac confessione perpetua cum viris doctis universum genus humanum est, impugnet, & tanquam erroneas ineptasque expodat rejiciatque; quis, nisi adversæ partis studiis addictus, ægre ferret publicam cauffæ tam communis ac integerrimæ defensionem? Nam,

PRÆFATIO FACULT. THEOLOGICÆ.

hil hic dicamus, dogma istud universale & principale de potestate & regimine animæ in corpus ejus organicum, teste *præfatione Metaphysica*, non solum pro erroneo, sed pro tanto etiam errore habetur, per quem doctrina religionis & naturalis & revelatæ fundamentalis de immortalitate animæ cum præcipuis religionis capitibus concidat & evertatur. Unde ipsa necessitatis ratio exigit, ut dogma istud de regimine animæ in corpus cum aliis eo magis in tuto collocetur, quo minus eo religio ipsa & doctrina moralis carere possunt. Speramus vero, virum amplissimum, cujus systema hic sub examen vocatur, locum relicturum esse veritati ad oculos demonstratæ; & hunc ipsum fructum apud lectores veri rectique amantes obtentum iri, spe bona confidimus, DEVM ex animo venerati, ut veræ religionis, & naturalis ac revelatæ, doctrinæque moralis corruptelis omnibus ipse ponat obicem afferatque medelam. Datum Halæ VIII. Id. Octobr. a. MDCCXXIII.

5 3059

CON-



CONSPECTVS LIBRI

SEV

INDEX GENERALIS.

PROTHEORIA continet duodecim *Postulata* cum suis partim *ſcholiiis*, partim *corollariis* : eorum vero duo, tanquam *theoremata*, ex abundantia demonſtrantur, nimirum hæc :

Libertas agendi regendique, qua natura humana a DEO prædita eſt, ſpecialim includit poteſtatem ac regimen anima in corpus ſuum organicum &c. pag. 6 - 10.

Et conſuſionibus, que per juſtam & evidentem conſequentiam e præmiſſis deductæ ſunt, dijudicanda ſunt ipſæ præmiſſæ, ſeu principia. p. 10 - 12.

TRACTATIO ipſa, Protheoriæ iſti innixa, eſt tripartita, ſeu trium capitum.

CAPUT I. agit de **MUNDO**, ſub examen vocans **Placita ſyſtematis Leibnitiani VII.** quorum

I. agit de *ſimplicibus, ſeu monadibus*, tanquam meris *ſpiritibus*, e quibus, ceu ex elementis, hoc univerſum *corporeum* compoſitum eſſe dicitur. p. 13 - 17

b 3

24 De

2. De quatuor simplicium speciebus, nimirum *monadibus elementaribus, animabus brutorum, animabus hominum*, & ipso *DEO*; quorum natura & essentia in vi hujus universi repræsentativa, tantum repræsentationis gradu differente, ponitur, & inter alia adferitur, animas humanas jam ante corpora existisse, & quidem in natura & essentia simplicium elementarium, & demum in corpore naturam rationalem accepisse. p. 17 - 21
3. De *æternitate mundi*, seu hujus universi, timidiuscule quidem, at re tamen ipsa adserta. p. 21 - 27
4. De illa electi *mundi optimi idea*, quæ malum per se includat: nec non de *pluralitate mundorum possibilium*, in præjudicium veræ contingentiæ unius hujus universi existentis, adserta. p. 27 - 31
5. De *fato physico-mechanico rerum & eventuum omnium in hoc mundo*, etiam in humano genere, libertate genuini sensus ex eo sublata. p. 31 - 36
6. De notione *possibilium*, causarum liberarum libertati adversa, & absolutæ necessitatis fato accommodata. p. 36 - 40
7. De notione *contingentium*, libertati itidem opposita, & in ipso etiam genere humano ad fatum physico-mechanicum relata. p. 40 - 47

Accedit *Epicrisis ad Commentationis Sectionem I.*
de differentia nexus rerum sapientis & fatalis
necessitatis: ubi tres sequentes propo-
sitiones demonstrantur:

I. *Nexus*

1. Nexus ille rerum materialium, quem philosophia Leibnitiana systema habet utgetque, non est sapiens, sed ipsa fatalis necessitas. p. 47-49
2. Commentatio nihil habet, quod veram differentiam inter nexum rerum materialium sapientem & fatalem necessitatem ostendat & evincat. p. 49-61
3. Sic dicta Commentatio luculentâ adeo nihil habet, quod veram differentiam inter nexum rerum materialium sapientem & fatalem necessitatem evincat, ut ipsa potius fatalis necessitatis defensionem moliat, protestationi ipso facto directæ & manifeste contrariam. p. 61-67

CAP. II. de HOMINE, & præsertim de harmonia commercii inter animam & corpus præstabilita: ubi examinantur placita systematis Leibnitiani IX. quorum agit

1. De falsa & idealistica anima humana definitione, quod sit substantia universi repræsentativa. p. 67-70
2. De unica; eaque per se tantum secundaria, animæ facultate idealistica; seu mundi repræsentativa. p. 70-72

Epicrisis ad Commentationis §. XXII. de definitione & unica facultate animæ nequaquam defensa. p. 72-79

3. De facultate animæ idealistica, ne quidem corporis organici ministerio ad formationem idearum de objectis corporeis utente. p. 79-83
4. De nexu operationum mentis, tanquam automati spiritualis, non libero, sed necessario. p. 83-88
5. De negata unione animæ & corporis physica, & adserta unione utriusque metaphysica. p. 89-91
6. De facultate corpus movendi & regendi animæ abjudi-

- judicata, & hinc corpore pro peculiari automato habito. p. 92 - 100
7. De operatione animæ in corpus, speciatim etiam rationali *oris loquela*, & manus ac calami scriptioni, abjudicata. p. 100 - 108
8. De eo, quod *anima immortalitas* cum sententia de influxu causali animæ in corpus, ad hujus motionem & rectionem, non consistere possit. p. 108 - 112
9. De Placitorum hæctenus disquisitorum complexu in sic dicta *harmonia* de commercio inter animam & corpus *præstabilita*: cujus systematis incommoda & pericula, quæ inde in theologiam naturalem & revelatam, doctrinamque moralem & societatem humanam redundant, cum miraculorum innumerorum fictione, ad quam abit, longiore serie recensentur, subjuncta ejus definitione, ostendente, quod absurditate sua semet ipsam destruat. p. 112.
- Appendix capitis II. de Cl. Auctoris *doctrina morali*, cujus *versio* ex ipso primo systematis moralis §. ad oculum demonstratur.
- Accedit EPICRISIS ad *Commentationis* Sect. II. de *harmonia* commercii inter animam & corpus *præstabilita*: ubi membra V. quorum
- Primo* demonstratur, systema Leibnitii de hac harmonia cum *systemate Spinoza*, salva utriusque diversitate aliqua, ea habere communia, ut harmonia ista pro adoptato pseudophilosophiæ Spinosianæ fœtu haberi possit. p. 137 - 144
- Secundo* probatur, systema Leibnitianum de harmonia ista libertati esse adversum & contingentiam tollere, uni-

- universa humana natura secundum animam & corpus absoluto fato physico-mechanico subjecta. p. 145-147
Tertio ex antecedentibus probatur, idem systema in praxi & applicatione sua philosophiæ morali ac civili, immo etiam religioni naturali & revelatæ, aduersum, & cum ista & hac *ἀδυστατον* esse. p. 147
Quarto demonstratur, cl. Auctorem *Commentationis Hypothetica* systema hoc a difficultatibus suis suaque noxa nequaquam liberasse. p. 148-150
Quinto idem demonstratur de *Commentatione, que luculentavocatur*, conamine ejus hac in parte itidem frustraneo. p. 150-178

CAS. III. de DEO, ubi expenduntur Placita systematis

1. **Leibnitiani VIII. quorum agit**
1. De *Atheismo*, quod is per se sit *innexus* respectu doctrinæ morali, nec in morum corruptionem influat. p. 179-187
2. De idealistica *spiritus* definitione generatim, quod sit substantia uniuersi representativa, seu ideians, spirituum differentis specificis a diverso representandi modo desumendis. p. 187-188
3. De *falso*, seu *idealistica Dei definitione*, quod sit substantia uniuersi distincta & adæquate representativa. p. 188-190
4. De *argumentis*, quæ pro demonstranda Dei existentia solidissima sunt, *impugnatis*, & in *reducat* suspicionem adductis. p. 190-199

PROTHEO

C

5. De

5. De *argumento & modo existentiam Dei demonstrandi idealistico*, seu idealistis accommodato & nequaquam genuino. p. 169 - 102
6. De *Dei attributis*, quorum derivatio & descriptio, e definitione Dei idealistica facta, quod genuina haud sit, *definitione iustitiae Dei* ostenditur. p. 202 - 204
7. De *miraculis in regno naturae*, quae admittuntur quidem, sed ita describuntur, ut ab empæctis plane negari possint. p. 204 - 210
8. De *divinis miraculis in regno gratiae* itidem ita descriptis, ut per pronam consequentiam etiam operationes Dei ordinariae cum effectibus gratiae ordinariis negari possint. p. 210 - 212

EPICRISIS in *Commentat. Sect. 1. de genuina Dei existentiam demonstrandi ratione*, quam Leibnitiano systemati a cl. Commentatore nequaquam vindicari demonstratur. p. 212

Item de *definitione Dei idealistica*, cujus vindicias ab eodem itidem frustra fuisse tentatas, pluribus demonstratur.

Accedit EPIMETRVM bimembre: ejus

Membrum I. recenset loca de fiducia cl. Auctoris erga se ipsum & suum systema.

Membrum II. recenset nonnulla e novo ejus libro de *rerum finibus* scripto, cum aliqua in eum epicrisi.

PROTHEO-



PROTHEORIA

in duodecim justis *Postulatis*, ex parte
per *Scholia* declaratis ac per *Corollaria*
applicatis, partim etiam per *Theore-*
mata ex abundanti demonstratis.

I.

Quæstio de Dei existentia & essentia non est *pro-*
blema philosophorum *metaphysicum*, sed *dogma*
universi *generis humani*, universali & perpetua
eiusdem possessione ac confessione confirma-
tum.

Corollarium.

Ergo dogmà de Dei existentia & essentia nec primario, nec uni-
ce, demonstrandum est *argumentis metaphysicis*, plus subtilitatis,
quam soliditatis, habentibus, & parum convictionis adferentibus,
præcipue apud notionum metaphysicarum imperitos, quorum non
solum in genere humano, sed inter ipsos etiam doctos, sunt quam
plurimi; sed præcipue demonstrandum est *argumentis physicis ac*
moralibus, quæ unumquemque convincunt, & quibus possessionem
istam ac confessionem eiusdem universalem ac perpetuam debemus.

A

II. In-

II. Inter duas essentielles hominis partès, *animam & corpus*, tanquam duas substantias physice distinctas, est *unio physica*, unam constituens personam, & uti *communione*, sic etiam *operatione physica*, se exerens.

Corollarium.

Ergo inter animam & corpus, tanquam substantias *physice distinctas*, ut unam personam libere agentem constituent, non magis locum habet *unio metaphysica*, quam inter *duas notiones metaphysicas*, ut distinctionem aliquam efficiant, *unio ac communio physica*.

III. Homo est *agens liberum*, e creatione ac dotatione Entis liberrimi, Dei, ea præditum *libertate*, ut sit *caussa sui regiminis*, pro arbitrio suo disponendi, principium libere agendi, aut non agendi, nec non hoc, aut isto tempore ac modo agendi, in se habens.

Scholium.

Libertas agendi regendique speciatim includit *potestatem* ac *regimen anime in corpus* suum organicum, ad illud ita movendum, ut motus libere determinet, incipiat, dirigat ac finiat; quandoquidem *externæ hominis actiones sine motu* fieri haud possunt.

Corollarium.

Igitur homo non est *duplex in motu*, unum spirituale, alterum materiale, ex necessitate naturæ suæ, qua status & actio sequens ex antecedenti catenato & necessario nexu dependeat, agens: sed ut *intellectus* eius est *facultas libera*, libere intelligens, cogitans ac ratiocinans: sic *voluntas* eius sensu adhuc notabiliore est *caussa libera*, uti actiones mere spirituales in anima, ita actus & motus corporales in corpore organico, & per corpus, libere peragens ac determinans, structura eius mechanica subserviente.

IV. *Libertas* est præcipuum præstantiæ, qua humana natura pollet, documentum ac præmarium religionis ac doctrinæ moralis requisitum.

V. Li-

V. *Libertas* agentium liberorum, Dei, angelorum, & hominum, seu spirituum hypostaticorum, non confundenda est cum *spontaneitate*, quæ etiam brutis, & automatis causisque ex necessitate naturæ agentibus, competit.

VI. In machina mundi & cuiuscunque automati *contingentia actualis constitutionis*, seu existentia, non confundenda est cum *contingentia consecutionis*: quandoquidem illa facta est ex libertate; sed hæc cum libertate consistere nequit.

VII. *Contingentia* eventuum, ad causas *liberas*, Deum, angelos & homines, relata, fundamentum suum habet in *voluntate libera*.

Corollaria.

1. Ergo *contingentia*, ad causas *liberas* relata, seiuncta est a necessitate physica, & a fato physico-mechanico.

2. *Contingentia*, ad causas *liberas* relata, proprium est, ut aliter, quam ipso actu evenit, fieri potuerit & possit, & quidem non in *alio* quodam, aliter constructo, sed in *hoc ipso mundo*.

VIII. Ad *possibilia* huius universi, præsertim ad causas *liberas* relata, pertinent non solum ea, quæ actu facta sunt, fiunt & futura sunt; sed ea etiam, quæ actu nec facta sunt, nec fiunt, nec futura sunt, potuerunt tamen, possuntque ac poterunt fieri.

Scholium.

Æquitas & necessitas huius postulati in eo est, quod nisi ad *possibilia* huius universi ea etiam, quæ actu nec facta sunt, nec fiunt, nec fient, fieri tamen potuerunt, possunt & poterunt, pertinerent, fundamentum & exercitium libertatis cum universa doctrina morali concideret, nec in specie *imputatio* locum retentura esset ullum.

IX. *Necessaria* sunt, quæ in hoc universo se aliter habere

nec potuerunt, nec possunt, nec poterunt, quam se ipso actu habuerunt, habent, aut habebunt.

Scholium.

Hinc liquet, *necessitatem* non restringendam esse tantum ad nude possibile illa intellectualia, seu abstractiva & *geometrica*, sed eam quoque esse in *actualibus*, si ea ita sunt, vel fuerunt, vel futura sunt, ut nec potuerint, nec possint non esse.

Corollaria.

1. Ergo omnia, quæ in universo quodam *propter nexum constitutum* ita fiunt, aut facta sunt, aut fient, ut nec potuerint, nec possint non fieri, ratione consecutionis in isto nexu sunt *absolute necessaria*.

2. Falso itaque *hypothetice necessaria* dicuntur, quæ e nexu semel constituto per se immutabili ita sequuntur, ut inde non possint non sequi.

Scholium.

Ad illustrationem corollarii secundî moneo, *eventus ad nexum* rerum per se immutabilem ita se habere, ut se habent *attributa ad substantiam*: nimirum quemadmodum attributa a substantia sunt inseparabilia; sic etiam *eventus a nexu* per se immutabili sunt inseparabiles. Atque ita *eventus isti* non minus absurde dicuntur *hypothetice necessarij*, quam *attributa substantiæ* dicerentur *hypothetice necessaria*.

3. Igitur *contingentia eventuum* cum ea *necessitate hypothetica*, quæ omnem rationem & fundamentum suum habet in *contingentia nexu* rerum omnium actualium, seu universi, non consistit.

Scholium.

Ita exempli gratia *contingentia* de motibus horologii propter *contingentem eius existentiam ἀλόγως* prædicaretur.

IX. *Nexus rerum materialium concatenatus*, in *consecutione* sua *necessarius*, & *fatum physico-mechanicum*, seu *fatalis necessitas*, sunt synonyma. *Fatum* vero illud, præfertim:

fertim ad causas re ipsa liberæ applicatum, re ipsa constituit *Spinozismum partialem*.

Scholium.

Spinozismus totalis est, qui cum fato mechanico, seu absoluta omnium eventuum necessitate, coniungit dogma, aut potius dogma, de *unica substantia*.

Corollaria.

1. Igitur *nexus* rerum physico-mechanicus, in consecutione necessaria positus, omnium minime in *caussis liberis* habet locum. Conf. coroll. 1. Post. VII.

2. Ergo *nexus* rerum physico-mechanicus, ad *caussas liberæ* applicatus, obstat causarum liberarum ut *libertati*, sic *justitiæ* etiam ac *sanctitati*, ideoque non est *sapiens*, sed ipsa *fatalis necessitas*, seu fatum physico-mechanicum.

XI. Quemadmodum *matheos*, quando hæc intra suos sese terminos continet, usus in philosophia est insignis & multiplex: ita *abusus* eius is est præcipuus & valde noxius, quando *pneumaticam* legibus suis subjicit, seu principia sua *mechanica* ad *caussas liberæ* ita applicat, ut has ipsas, libertate sua privatas, non nisi inani libertatis nomine ipsis relicto, necessitati mechanicæ subiectas mancipet:

Corollarium.

Ergo *leges*, quas mathesis de *motu corporum* demonstrat, ad *commercium inter animam & corpus* non sunt applicandæ, sub prætextu non turbandi *ordinis* in universo constituti.

XII. *E conclusionibus*, quæ per iustam & evidentem consequentiam e præmissis deductæ sunt, dijudicandæ sunt ipsæ *præmissæ*, seu *principia*.

Scholium generale.

Postulorum horum tam luculentâ est veritas ac evidentiâ, ut mihi non possint non dari a philosopho, immo a quolibet homine,

ratione sua recte utente. Quandoquidem vero tanta præjudiciorum vis est, ut in Postulato tertio & duodecimo, & in isto quidem, prout in scholio suo declaratum est, quid desiderent, sibi nonnulli habere videantur, adeo, ut ista, tanquam erroneas hypothesen, plane reiiciant; operæ omnino erit pretium, ut ea in *theoremata* conversâ demonstrarem.

Propositio. 1.

Libertas agendi regendique, quia natura humana a Deo, Agente liberrimo, prædita est, speciatim includit *potestatem ac regimen animæ in corpus suum organicum*, ad illud ita movendum regendumque, ut motus & actiones libere determinet, incipiat, dirigat ac finiat.

Demonstratio.

1. Ex *unionem animæ & corporis physica* & tam arcta, ut una inde persona constituatur. Hæc autem *unio* ne cogitari quidem potest sine *communione*, uti nec *communio* sine *ἐνσυνεία* physica. Et hoc ipsum argumentum esse immotum ac validissimum, ipsi etiam dissentientes agnoscunt; siquidem, ne eo premantur, *unionem physicam* animæ & corporis plane negant, *metaphysica* in locum eius substituta. Hoc autem *ἐνσημα* quantum sit *σιδηρόξυλον*, & quam valide absurditate sua se ipsum destruat, nemo non videt, uti iam antea in Postulati secundi corollario indicatum est.

2. Enatura omnium hominum, hac in parte sui æqualiter sibi conscia; & hinc ex evidentissima & universali *experientia*, per quam unicuique quam liquidissime & certissime constat, animam suam pro libertate sua corpus habere in potestate sua, ad illud

illud movendum regendumque, adeo, ut hæc ipsa experientia evidentiâ quamlibet veritatis geometricæ evidentiâ superet, certe nulli certitudine cedat.

3. E consensu omnium gentium & totius generis humani universalis & perpetuo, quem natura omnium æqualiter sui sibi conscia genuit. Ipsi etiam dissentientes consentunt, Cartesium fuisse primum, qui sententiam communem & universalem in dubium vocaverit. Cartesiani vero & Leibnitiani philosophi nequidem in ordine philosophorum aliorumque eruditorum, nedum in genere humano, vel millesimam partem constituunt, tantum abest, ut, si res auctoritatibus ageretur, isti hic prevalere possint. Non solum vero doctos, sed reliquos etiam homines omnes ac singulos, quotquot recte sibi conscii rectum rationis ductum hæc in parte sequuntur, & in tantum etiam ipsi philosophi sunt, hic audiendos omnino esse, res ipsa indicat; cum quæstio sit non de problemate aliquo philosophico, sed de dogmate omnium universalis, & eo, ad cuius possessionem & confessionem omnes ex æquo per naturam consciam & experientiam adducti sunt.

4. Ex huius dogmatis necessitate & utilitate in doctrina morali & civili; immo in theologia naturali & revelata. Huius enim & istius maior pars consistere nequit, si actiones ac motiones hominis, quæ in corpore & per corpus eduntur, non dependent a libero animæ regimine, sed a fato physico-mechanico. Nullum hic remanet imputationis fundamentum, nulla virtutum ac vitiorum forma ac norma. Nec enim leges, e quibus actionum iisdem convenientium, aut repugnantium, forma diiudicanda est, datæ sunt fato mechanico, sed animæ liberæ.

5. E testimonio scripturæ sacrae luculentissimo ac multiplici, & fere innumerabili. Sufficiat hic mentio unius atque alterius loci. Paulus Romanos ad Christum conversos horratur, ut ipsi, respectu animæ considerati, membra corporis sui Deo stant, tanquam iustitiæ servus: cap. VI. 13. 19. ut corpora sua Deo offerant, tanquam victimas vivas, sanctas & Deo acceptas c. XII. 1. Et ipse Paulus de se ipso prohibet, quod respectu animæ suæ corpus suum subigat & in servitutem redigat, ne aliis predicando ipse fiat reitulus, I. Cor. IX. v. ult.

6. E

6. *Ex defectu ullius argumenti idonei pro sententia opposita.* Omnia hic redcunt ad abulum matheseos, quo principia mechanica, commisso μεταβόσεως εις άλλο γένος vitio, ad pneumaticam, seu ad caussas liberatas, extenduntur.

7. *Ex inani illo argumenti solidi prætextu,* quod dissentientes ab *ignoratione modi* desumunt. Identidem hanc sententiæ suæ rationem allegari audias, quod *modum, quo spiritus in corpus agere possit, percipere nequeant.* Et sic ipso facto inviti & coacti admittunt, quod in theoria repudiant, scilicet falsissimum hoc principium, *ab ignorantione modi valere conclusionem ad negationem ipsius rei,* ipsa experientia & longa aliorum argumentorum serie comprobata. Et hic huius argumenti prætextus eo minus est logicus, quo minus systema oppositum ignorantie modi per sententiam oppositam medetur. Cum enim prætextu isto audito aliquis non possit non existimare, in isto systemate dari distinctam & perspicuam modi de commercio inter animam & corpus determinationem; ad istius considerationem accedens tot ac tanta naturæ mysteria hic apprehendit, quot & quanta doctrina & fides christiana in suo genere non habet, adeo ut fides in mysteria evangelii ipsi naturæ nostræ (in quam tamen fides proprie distincta non cadit) facta comparatione longe sit facilior, quam in ista naturæ arcana, quæ sententia opposita in suo harmoniæ præstabilitæ systemate continet. Videbit lector aliquam horum naturæ mysteriorum anatomen infra in Disquisitionis capite secundo, præcipue in placito eius ultimo.

8. *Ex refugio isto pro tuenda sententia opposita quasi desperato,* quod quæritur in *negata unione physica* inter animam & corpus, duas substantias *physice distinctas,* & in *affirmata unione metaphysica:* de qua supra.

9. *Ex levitate exceptionis,* quæ universali omnium experientie opponitur, quasi in eius allegatione committatur *vitium subreptionis.* Quid vero ista exceptio hic est, nisi *vitium petiti principii,* in contradictione ad experientiam universi generis humani universalem & perpetuam, tot aliorum argumentorum præsidio confirmatam?

Scho-

Scholium.

Quando dicitur, *Systema influxus, quod usque ad Cartesii tempora communiter receptum fuerit, ab incautis perinde, ac in astronomia Systema terræ quiescentis, sensuum testimonio comprobatum credi*; problemata astronomiæ difficiliora, quæ non cadunt sub experientiam naturæ nostræ consciæ, sed aliunde diiudicanda sunt, confunduntur cum rebus, quæ sub eam cadunt. Nec enim harum natura & proprietates ita latere potuit, uti illorum.

10. Ex falso illo & periculoso *Systematis Cartesiani principio, quo, quæ commercio animæ & corporis physico denegantur, omnia referuntur ad immediatam & proximam ipsius Dei operationem*; ad operationem eiusmodi, qua creator cum creaturis confunditur, & quam Spinoza in Systematis sui de unica substantia, & Deo cum universo impie confuso, ansam & causam arripuit: ad operationem, qua omnis actionum imputatio per evidentissimam consequentiam in solum Deum unice recidit, ipso pro peccatorum omnium auctore habito, & homine libero in metam machinam converso, ac numero miraculorum ordinariorum in infinitum confecto, quidquid Cartesiani Systematis admiratores suis exceptiuncularum griphis contradicant: ad operationem, inquam, Dei eiusmodi, qua ipsi, tanquam spiritui, tribuitur actio in corpus; & hæc tamen ipsi naturæ spiritus per se repugnare statuitur, & ideo non sine contradictione generatim negatur: ad operationem denique, quæ conficta est ad tuendam hypothesin de eadem motus quantitate in universo servanda, & ad evitandam consequentiam de motuum mechanico-
rum ordine & legibus ab anima non turbandis; & quæ tamen ex hypothesi hanc ipsam consequentiam ipsa gignit. Atque ita Cartesianum de commercio inter animam & corpus Systema absurdum & contradictionibus suis temet ipsum destruit.

11. Denique ex illo *Systematis Leibnitiani principio nequaquam meliori, quo, quæ Cartesius ad immediatam Dei operationem retulit, ad æternam Dei præstabilitiorem referuntur, absurdorum, quibus scæpet, & periculorum, quæ inde, sup-*

B

pressa

pressa humana *libertate*, in doctrinam *moralē* ac *civilem*, omnemque *religionem*, per *evidentissimam consequentiam* redundant, cum ullo nequaquam diminuto, sed aucto potius, uti deinceps cap. II. demonstrabitur, & peritis iam per se est manifestum. Possem hic etiam allegare falsa huius systematis principia de *natura & definitione Dei*, nec non de *natura & definitione spiritus* in genere & *anima humane* in specie, item ea de sic dictis *simplicibus*, seu *monadibus*: utpote quibus systema hoc, quod systemati unionis & communionis *physicæ* opponitur, superstructum est. Quia vero horum principiorum falsitas deinceps demum demonstrabitur, lectori sequentis tractationis, in tria capita distinctæ, dijudicationem commendo.

Propositio II.

E conclusionibus, quæ per iustam & evidentem consequentiam e præmissis deductæ sunt, dijudicandæ sunt ipsæ præmissæ, seu principia.

Scholium.

Non est quæstio: an respondendum sit ad conclusionem, præmissis hæud tactis. Nec quæritur: an alicui ob hoc, aut istud, principium imputanda sit conclusio, quæ inde plane non sequitur. Nec quæstio est: an aliquis urgendus premendusque sit conclusionibus, non plane iniustis quidem; at non satis certis tamen & evidentibus, ideoque nec agitis, sed potius negatis & repudiatis. Sed quæstio est: *anne e conclusionibus, quæ PER JUSTAM, seu necessariam, ET EVIDENTIEM CONSEQUENTIAM e præmissis deductæ sunt, dijudicandæ sint ipsæ præmissæ, seu principia?* Hoc est, quod affirmo, affirmatum vero pro eiusmodi habeo *postulato*, quod pro natura sua immotæ ac æternæ veritatis est. Quia autem illud ipsum a Cl. Auctore Comment. mihi publice negatum, ame tamen in præsentis Disquisitione identidem urgendum est,

est, ex abundanti & per quandam *συγκρατικῶς* fiat *theorema* demonstrandum.

Demonstratio.

1. *Emodo argumentandi ab affectu ad causam*, secundum axioma metaphysicum & verissimum: *qualis effectus*, sive physicus, sive moralis, sive logicus, *talis causa*. Id quod quemadmodum certum est de causa physica & effectu physico: sic non minus etiam certum est in sensu morali & logico. Et in sensu *moralis* quidem; quia, quod per se hunc, aut istum, effectum nobis noxium gignit, id, tanquam causam malam, fugere debemus, secundum tritum illud: *quidquid agis, respice finem* (eventum, effectum) *certe nunquam male ages*; item secundum illud, & physice, & moraliter, & logice, verum: *e fructibus agnosceitis illos; quælibet bona arbor bonos fert fructus: & quælibet arbor mala malos fert fructum, nec potest bonos fructus ferre: ideo ex fructibus agnosceitis illos.* Matth. VII. v. 17. seqq. *Conclusionem* vero iustam & evidentem, seu iustæ & evidentis consequentiæ, esse *effectum præmissarum logicum*, nemo nescit.

2. *Emodo demonstrandi per deductionem ad absurdum*, ubi, si absurdum aliquid ex hoc, aut isto, principio, per iustam & evidentem consequentiam resultat; aut admittendum est absurdum, aut repudiandum principium.

3. *Emodo disputandi universali & diiudicandi syllogismos*. In syllogismo non quidem respondendum est ad conclusionem; statim tamen consideranda est conclusio, ita ut, quando conclusio in forma est legitima, ratione materiæ tamen falsa & erronea, vitium quærendum, seu error detegendus, sit in præmissis; atque ita e conclusione formaliter vera, at materialiter falsa, omnino diiudicanda & agnoscenda sit falsitas præmissarum, sive utriusque, sive alterutrius.

4. *Ex universali & perpetuo omnium philosophorum, aliorumque eruditorum, consensu*, nemine dissentiente, aut unquam dissenturo.

Corollaria.

a. Bonus philosophus tenetur admittere omnes ac singulas conclusiones, quæ per iustam & evidentem consequentiam e suis principiis, tanquam præmissis, resultant. Ein Philosophus muß für alle rechtmäßige Conclusiones stehen, welche aus seinen Lehr-Sätzen mit einer richtigen Evidenz erfolgen.

b. Si philosophus conclusiones, per iustam & evidentem consequentiam e præmissis suis deductas, ob falsitatem, aut absurditatem noxamque, admittere nec vult, nec potest, reprobare debet ipsa principia.

c. Axioma illud, quod e conclusionibus, quæ per iustam & evidentem consequentiam e præmissis resultant, diiudicande sint ipsa præmissa, non est canon logicae liberioris & liberrima, regulis omnibus soluta, nedum logicae novæ & hactenus in orbe erudito inaudita, sed est tam technicæ, quam naturalis, & omnium gentium universalis & antiquissimæ logicae principium eiusmodi, quod ad primæ philosophiæ sobriæ rudimenta & elementa pertinet, non minus ac si quis a coniunxerit cum b & legerit ab.

Scholium.

Qui in dogmate totius generis humani universali ad omnium hominum, ratione sua recte utentiam, consensum, adversus nonnullos dissentientes provocat, is consequentia e præmissis deductæ evidentiam non metitur promiscua consentientium multitudine, uti habet *Commentatio*, sed potius totius generis humani universitate, per experientiam certam sui recte sibi conscia.

IPSA

IPSA DISQVISITIO

CAPVT I.

DE

MUNDO.

Placitum I.

De simplicibus, seu monadibus, tanquam spiritibus, materiae expertibus, e quibus, tanquam elementis, hoc universum compositum sit.

Simplicia sunt indivisibilia, seu nullas habent partes. Metaph. §. 75. seqq.

Simplicia non habent figuram, aut quantitatem, aut quidquam, quod materiae convenit. §. 81. seqq.

Simplicia non constant e materia, & nihil refert ea spiritus quodque vocari. Es wäre nichts daran gelegen, wenn wir überhaupt allen einfachen Dingen den Namen eines Geistes beylegeten §. 898.

Simplicia habent naturam mundum obscurius representandi: sic haben die Natur sich die Welt dunkel vorzustellen §. 900.

Idealistae nihil admittunt, nisi MEROS SPIRITVS, seu eiusmodi entia, quae non constant e materia. & a nobis SIMPLICIA vocantur, quales sunt Leibnitianae monades. Die Idealisten geben bloße Geister oder solche Dinge zu, welche nicht aus Materie bestehen, und von uns einfache Dinge generiret werden, dergleichen die Leibnizischen Einheiten sind. In Praefat. nova Metaphys. B 3 Spi-

Spiritus in genere est substantia mundi representativa; differentia vero specifica desumenda sunt a modo representandi universum, qui in infinitum variari potest. Rat. Prælect. p. 150.

Nos oportet admittere simplicia, e quibus composita orta sunt. Metaphyl. §. 76. 110. & alibi sæpius.

Sic de Elementis.

Quia mundus est ens compositum, etiam oportet esse simplicia, e quibus ejus partes compositæ sint. Hæc simplicia solemus elementa vocare §. 582.

Cum vero simplicia sint indivisibilia, ideo nec elementa possunt esse divisibilia in partes. Immo cum simplicia per se nec quantitatem, nec figuram, nec internum motum habeant, ideo nec elementa quantitatem &c. habere possunt. §. 583.

Cum elementa sint simplicia, de iis valent omnia, quæcumque supra fuisse de simplicibus generatim dicta sunt. §. 584.

DISQUISITIO.

1. Manifestum est, clarissimum Auctorem simplicium elementarium nomine non intelligere corpora, quæ, facta cum aliis comparatione, minus compositionis habent, ideoque improprie simplicia vocantur, nec intelligere ipsum materiam aliquam universalem, e qua corporum mundanorum compositio facta sit. Negat enim ac pernegat, simplicia sua, quæ ipsæ sunt Leibniziana monades, habere materię proprietates, & quicquam cum materia commune: & e contrario ipsa expresse vocat spiritus, eaque definit ut spiritus, ipis tribuens facultatem spiritualem, scilicet mundum representandi, seu ideas de eo obscurius for-
mandi.

2. Et nihilo tamen minus statuit, e simplicibus ita descriptis omnia ac singula huius universi corpora prodiisse. Hæc vero ἀνοσιετα esse, nemo ignorat. Nec video, quomodo hanc spi-

spirituum in materiam & corpora metamorphosin essentialem conciliare possit cum scito suo verissimo: *scimus vero nullam essentiam in aliam posse mutari* §. 1088. conf. §. 103.

3. Id quidem agit vir cl. ut §. 603. probet, quomodo e simplicibus istis corporum compositio fieri potuerit. Sed probationis nervus omnis est in fictione illa, quod simplicium (de quorum natura & qualitate ibidem multa sumuntur, non probantur) congeries in compositionem coalescat. Atque ita, re ad vivum excussa, rationis loco repetitur id, quod in quaestione erat.

4. Detrectat quidem vir cl. §. 898. hanc conclusionem, quod, si materia constet e simplicibus, & simplicia sunt spiritus, materia nihil sit aliud, nisi congeries spirituum: ideoque non fradet, ut simplicia elementaria *spiritus vocentur*; quia vero ea ipse etiam spiritus vocat, & ut spiritus describit; certe non video, qua regula logica e sola expressæ appellationis detrectatione illationis vim & evidentiam in conclusione ista elidere possit.

5. Præterea de *simplicibus*, nimirum iis, e quibus hoc universum materiale compositum esse dicitur, adhuc notandum est, quod cl. Auctor eorum *essentiam & existentiam* nec probaverit, nec probare possit unquam. Nam de simplicium *essentia* statuit *contradictoria*, quæ istam penitus evertunt, scilicet ea esse *spiritus ideisantes*, seu hujus universi corporei repræsentativos, & *illud ipsum*, e quibus sit istud compositum: quod tamen e spiritibus componi haud potuit. Jam verò sublata essentia tollitur etiam *existentia*, cum non entia nec existere possint. Istorum autem existentiam probaturus §. 76. ita argumentatur: *Ubi sunt composita, ibi oportet esse simplicia, unde compositio facta sit*. Quod si per *simplicia* intelligeretur materia quædam prima & universalis, materia proprie dicta, & tantum comparative *simplex* vocata, quod in se minus compositionis habeat, quam corpora, inde per singularem structuram composita; res esset salva secundum sensum physicorum non ignotum: sed cum per *sim-*

simplicia intelligantur substantiæ spirituales, e quibus corpora composita sint, h. e. res contradictoria, seu impossibilis, falsa est propositio major. Quæ enim consequentia est inter hoc antecedens: *dantur composita*; & istud consequens: *ergo dantur simplicia*, nimirum *ista duplicata essentia & forma*.

6. Consequentiam ut probet cl. Auctor, ita argumentatur: *Nisi simplicia forent, oporteret omnes etiam minimas particulas ex aliis particulis constare*. Sed hoc non sequitur, quia datur tertium, scilicet materia prima universalis, e qua corpora omnia formata ac composita sunt, hunc in finem creata.

7. Consequentiam vero ut illustret, provocat ad *arithmeticam*, in qua numeri compositi ex unitatibus orti sint. At hoc est *μὴ ἀβασιν* committere *εἰς ἄλλο γένος*: quandoquidem compositio unitatum numerica est tantum *idealis*, quæ sine unitatibus indivisibilibus concipi nequit: compositio autem corporum est *realis & physica*, quæ, quia e creata materia jam congesta facta est, atomos numericas nec supponit, nec requirit, omnium minime nude ideales, seu ideisantes.

8. Anne vero vir clar. simplicibus suis *æternitatem* tribuat, & hæc hypothesis inter alia in ipsius philosophematibus, §. 88. 89. 91. 111. 113 lateat, notionum metaphysicarum indagatoribus diducandum relinquo. Et cum simplicia ista elementaria revera sint nonentia, de quibus nihil plane vel ex ratione, vel experientia, affirmari, aut negari, potest, operosa ista de illis tractatio, quæ non exiguam libri partem constituit, cum istis, quæ his principiis superstructa sunt, concidit. Et quamvis *simplicia*, e quibus mundus dicitur compositus, nihil cl. Auctori sint, nisi *elementa*: de elementis tamen seorsum & non minus operose in metaphysica agit, quam de *simplicibus* istis.

9. Origo autem horum philosophematum hæc est, quod, cum e principiis sanæ rationis assumi possit & debeat, Deum, tanquam causam efficientem, intelligentem & liberam, & solum æternam ac independentem, creasse materiam universalem, & ex hac extruxisse universum mundi systema: cum hoc, inquam, eo facilius & rectius assumi possit, quo magis ipsi rationi

tioni convenit a priori, & a posteriori ipso etiam eventu comprobatum ac revelatione patefactum est; posthabito hoc rationis & revelationis principio finguntur nescio quæ *atomi*, seu *monades*, & *simplicia*, & quidem secundum non nullos veterum Deo coæterna, e quibus omnia facta sint.

10. Ceterum moneo, me hæcæ fictiones de *simplicibus elementaribus*, tanquam res exigui momenti, præteriturum fuisse, nisi ad basin Leibnitiani systematis pertinerent, uti deinceps passim videbimus, & nisi cohærent cum iis, quæ de tribus aliis simplicium speciebus in eodem minus recte traduntur, & partim jam proxime, partim postea suo loco, consideranda sunt.

Placitum II.

De quatuor simplicium speciebus, vt monadibus elementaribus, animabus brutorum, animabus hominum & DEO.

Prima simplicium species ea est, qua mundum obscure sine ulla distinctione representat. - Videntur vero anime hominum & brutorum aliquando in hoc statu fuisse, priusquam in hoc corpus venerint: quemadmodum mox pluribus deducam. Es hat das Ansehen, als wenn die Seelen der Menschen und der Thiere einmal in einem solchen Zustande gewesen wären, ehe sie in diesen Leib kommen: Wie ich bald mit mehrern aufführen will. *Secunda simplicium species est eorum, que mundum representant clare, sed indistincte (welche die Welt klar vorstellen, aber undeutlich) qualia sunt anime brutorum.* §. 900. 901.

Tertia species est eorum, que mundum clare & distincte representant: qualia sunt nostra anime §. 902.

Quartus representandi modus est intellectus divini, qui est representatio simultanea & distincta omnium possibilium (da der

der Zustand aller Welt mit einmal deutlich vorgefellt wird, so wohl dem Raum als der Zeit nach) §. 904. *conf. Rat. pr. p. 150. ubi additur: Deus est substantia omnia universa simul distincte sibi representans.*

Singula hæc simplicia tantum gradibus facultatis representativa inter se differre possunt. §. 900. Sic Rat. Prælect. p. 150. Spiritus in genere est substantia universi representativa: differentia vero specificæ (nimirum simplicium elementarium, animarum in brutis & hominibus, nec non ipsius Dei) desumtae sunt a modo representandi universum, qui in infinitum variari potest.

DISQUISITIO.

1. Prima simplicium species clarissimo auctori nostro, uti paulo ante vidimus, est species illa *elementaris*, ipso etiam elementorum nomine expresse appellata, ex qua universum hoc corporeum, secundum eiusdem hypothesein compositum est: atque ita ea ipsi nihil aliud est, quam materia illa huius universi prima, LEUCIPPO & DEMOCRITO olim in *atomis*, & LEIBNITIO in *monadibus* posita. Jam si animæ hominum & brutorum jam antea, quam in corpora sua venerint, fuerunt in hoc statu, non solum animarum præexistentia ab ipso admittitur, sed *animæ* etiam ipsæ, & hominum quoque, ratione suæ originis habentur pro *mere materialibus*, quæ in corporibus demum suis ad statum naturæ rationalis & spiritualis evectæ sint. Quæ hypothesis quot & quanta supponat miracula in hac essentiali animarum mutatione, & cum hæc nec demonstrari possit, nec admitti, quam periculosa sit dogmati omnis religionis principali de animæ humanæ naturæ mere spirituali & immortalis, quis non videt? Utinam hæc ipsa hypothesis cum pluribus aliis non ex illo ingenii Leibnitiani usu, quem Theodicæa, in qua ista §. 91. & 396. legitur, habet, sine delectu adoptata esset!

2. Scribit quidem vir doctissimus, se id ipsum, quod animæ brutorum & hominum præexistentes naturam simplicium

um primæ speciei habuerint, mox pluribus deducturum esse: at hæc deductio nusquam sequitur & comparet. Respexit vera ad. §. 925. sed etiam hic servat suam philolophandi methodum fere per universum metaphysicæ systema usurpatam, h. e. eam, qua multa ponit, sed pauca probat. Nihil enim in §. isto legas, quam simplicem hypotheseos receptæ repetitionem. Immo potius expresse negat, se *determinare posse, quomodo* (hic logice etiam dicendum erat: quod) *hæc mutatio animarum specifica fiat & quam diu duret.*

3. Si quatuor illæ simplicium species, ratione generis sui consideratæ, vi definitionis suæ, sunt eiusdem naturæ; sequitur, eas secundum Spinozam esse partem huius universi materialis subtilissimam, pro extensione, quam materia crassior habeat, & quæ ideo *κττ'εξοχ* dicitur extensio, sub notione cogitationis, seu idealis repræsentationis, concipiendam. Consequentia ratio manifesta est ex eo, quod simplicium ita concipiendorum, & in notione naturæ, seu essentiæ suæ, generali convenientium, species prima habetur pro elementari, & tanquam pro basi, seu materia prima omnis alius materiæ, immo totius universi huius materialis & corporei.

4. Et hæc logice iusta, re autem ipsa periculosissima, consequentia comprobatur ex eo, quod quatuor istæ simplicium species **TANTVM GRADIBUS FACULTATIS REPRAESENTATRICES INTER SE DIFFERRE** expresse dicuntur, daß sie nur in den Graden der vorstellenden Kraft unterschieden seyn können und sollen. §. 900. Ea autem, quæ *gradibus alicuius facultatis differunt*, & quidem *tantum*, omnino eiusdem sunt naturæ, seu essentiæ. Huc refer §. 108. ubi perhibetur, *omnes simplicium mutationes nihil esse posse aliud, quam vicissitudines graduum, nichts anders, als Abwechselungen der Graden.* Tribuit quidem cl. auctor diversis istis simplicibus suis differentias specificas; at quia differentias istas non ponit in ipsa essentiæ diversitate, sed tantum in diversis gradibus & modis mundum repræsentandi, manifestum est, quatuor ipsius species simplicium genere, tanquam essentia sua, ex hypothesi ita convenire,

nire, quemadmodum in notione *animalis* bruti generico conveniunt omnia animalia *ἀλογα*, specie diversa. Jam vero si animæ hominum ab animabus brutorum & ab elementis mundi materialibus, tanquam primæ speciei simplicibus, non aliter differunt, certe actum est de præstantia animarum nostrarum. Et quid dicemus de Deo? Nam si ipse etiam Deus tantum ea naturæ & essentiæ suæ specie, quæ in diverso repræsentationis idealis modo graduque ponitur, a reliquis simplicibus differt; quo loco habenda erit divinitas?

6. Et si cl. Auctori quam maxime concedamus, ea, quæ repræsentationis gradibus differunt, ipsa etiam natura & essentia sua penitus differre; quemadmodum §. 894. perhibet; videmus tamen, ipsum novæ difficultati involvi; nimirum ex hoc supposito, quod *essentiæ rerum sint immutabiles*, nec aliæ in alias mutari possint; id quod alias ipse inculcat. Jam vero si horum simplicium plane diversa est essentia, essentiæ autem in alias mutari nequeunt: eccur harum essentiarum mutationem statuit, & ejusmodi quidem, qua vna species in aliam, a qua essentialiter differat, potuerit mutari & adhuc perpetuo mutetur?

7. Hanc vero mutationem ipsum statuere, manifestum est. Nam 1. statuit, e primæ simplicium specie, quam tanquam *elementarem*, & simul tamen ut *vere spirituales*, descripsit, immo expresse *spiritus*, qui nihil cum materia commune habeat, nomine appellavit, compositum esse universum hoc corporeum, spiritibus sic in materiam & corpora mutatis. 2. Statuit, animas brutorum & hominum non solum existisse ante corpora sua, sed tunc etiam fuisse in statu essentiali simplicium elementariam, seu primæ speciei, in corpore vero denuo mutatas esse; & istas quidem brutorum in simplicia secundæ speciei, has vero hominum in simplicia tertię speciei. Ecce *metamorphosin essentialiarum!*

8. Huc accedit nova difficultas. Nam vir amplissimus §. 925, ex una parte repetit hypothefin de *ingenti illa anima humana*

mutatione, quam subierit in formatione corporis; & nihilo tamen minus ibidem adferit, animam retinere illam ipsam essentiam in diverso & obscuriore representationis gradu positam, quam habuerit iam existens ante corpus. Atque ita anima humana est biformis duarum essentiarum, post hac futura triformis, seu triplicis essentiae; quando quidem ibidem adferitur, animam hominis in morte corporis tantam eminentioris gradus mutationem subituram esse, quantum subierit in ipsa corporis formatione.

9. Quam illationis evidentiam elisurus cl. Auctor si excipere voluerit, se mutationem graduum non intelligere de essentiae mutatione, sed tantum de maiori unius eiusdemque essentiae perfectione: certe e charybdi incidit in scyllam; utpote constari coactus, quatuor suas simplicium species, materiam mundi primam, animas brutorum, animas hominum & Deum ipsam, non differre ipsa natura, seu essentia, sed tantum diverso perfectionis gradu, per varias transformationes obtinendo. Id vero quam prope absit a Spinozismo, aliis diiudicandum relinquo.

10. Ceterum obiter moneo, Auctorem cl. in pneumatica inter suas, quas statuit, simplicium species, *angelis* nullum plane locum relinquere, seu illorum nullam facere mentionem expressam. Facile quidem praevideo, ipsam istius omissionis causam allegaturum esse hanc, quod e lamine naturae, tanquam systematis sui principio unico, nullum de^o existentia & essentia angelorum argumentum suppeditetur. Verum enim vero, quid? si aliquis dixerit: historiam & experientiam quoque ad veritatis philosophicae principia pertinere; ex isto autem omnino constare, cum de existentia, tum de natura, angelorum, seu spirituum, ab animabus hominum & a Deo utique diversorum? Sed transeant haec.

Placitum III.

De mundi aeternitate.

Aeternitas mundi ab aeternitate Dei differt. §. 1075. Eadem verba legantur in indice.

Die Ewigkeit der Welt ist von Gottes Ewigkeit unterschieden.

Quamvis Deus mundum ab aeterno produxisset, quemadmodum Aristoteles olim asseruit, non tamen ideo eo modo esset aeternus, ut Deus: nam esset in tempore infinito, Deus autem est extra tempus. Et ideo etiam ratione durationis a Deo differret, ibid. §. 1075.

Eventus in mundo in infinitum sunt coæternati, seu in aliis fundati §. 973. Infinitatem vero hic a parte ante, seu de æternitate mundi, initii experte, intelligi, declaratur eo, qui hic in libro allegatur, paragrapho, nimirum §. 579. ubi hæc legimus: Agnoscimus contingentes (qui cl. Auctori sunt necessarii, uti deinceps videbimus) eventus non aliter posse ad existentiam pervenire, quam per seriem innumerarum rerum, que ante ipsas evenerunt & cum illis coniunctæ sunt, ita ut, quando fundamentum ipsarum ostendendum est, istud semper novum habeat fundamentum SINE FINE, seu in infinitum.

DISQUISITIO.

1. Quandoquidem vir cl. non ignorat, quo loco hæc hypothesis ab omnibus illis, qui atheismum detexerunt & destruxerunt, habeatur, aliquantum quidem timidiuscule §. paulo ante adducto eam adserit; sed adserit tamen. Quid enim est tempus a parte ante INFINITUM, quod mundo tribuit, quam ipsa aeternitas? Et quamvis Deum collocet extra tempus; ipsi tamen iungit aliud principium coæternum, materiam ipsumque mundum. Quo supposito utrum mundus genuino sensu dici possit e nihilo, seu e nulla præexistente materia productus, alii viderint. Spinozam salva sua hypothesis de mundi æternitate Deo etiam mundi productionem tribuere, notum est. Opto, ut hic realis sit discrepantia.

2. Et quid sibi vult tempus, quo mundus æternus Deo æternum coexistit, infinitum? Anne, tempori proprie sic dicto infinitatem adscribere, contradictorium est? Et si mundus ratione *initii* sui est infinitus, quomodo ratione *durationis* a Deo differt?

differt? Et nonne sic contra rationem habebimus duo principia infinita ac coæterna?

3. Cum, mundum non semper fuisse, sed aliquando eum ipso tempore cœpisse, rationi ipsi in notione generaliore consentaneum, & multo adhuc evidentius secundum notionem specialem ac determinatam e sacris litteris manifestum sit: certe philosophus, qui non ignorat, quid contraria hypothesis in recessu habeat, & ipsum scripturæ sacræ principium admittit, male consulit causæ Dei hoc suo philosophemate.

4. Recte ATHANASIVS Orat. II. adversus Arianos opp. Tom. 1. p. m. 337: *Esti Deo possibile fuerit, ab æterno opera facere, non tamen potuerunt ea, quæ facta sunt, ab æterno fuisse; si quidem ex non entibus emerunt; nec erant, priusquam fierent. Quæ autem non erant, antequam fierent, quomodo illa coexistere potuerunt cum Deo semper existente?*

5. Quod si aliquis dicere vellet, non minorem virtutem esse Deo ad creandum, quam soli ad lucendum, ideoque Deum creasse mundum ab æterno; sicut sol lucem fuisset emissurus ab æterno, si ab æterno fuisset: respondeo, hoc fore Spinosianum, creationem, quæ liberrimus Dei actus est, ita derivare a natura Dei, quemadmodum lux a sole derivatur, eamque Deo plane essentialem & naturalem, seu necessariam, facere, uti τὸ luce- re est soli: atque ita hoc nihil esset aliud, quam ex mente veterum quorundam philosophorum erronea mundum ad Deum referre per emanationem. Taceo, hypothesein de eiusmodi creatione cedere in præiudicium, si non ludibrium, generationis æterni Filii Dei, quæ Deo Patri e necessitate naturæ convenit. Non quidem tribuerim istam hypothesein cl. Auctori: non tamen video ullum sensum genuinum, quo alteram istam de mundi æternitate a magno errore præstare possit immunem, cum æternitas soli Enti independenti & supremæ causæ efficien- ti unice sit propria, & quidem uti secundum sanam ratio- nem; ita etiam secundum scripturam sacram Gen. XXI, 33. Jes. XL, 28. Psalm XC, 2, Dan, II, 20. Heb, I, 12. Rom. XVI, 16.

Locus alius de mundi æternitate.

Dixi, in nonnullis argumentis (scilicet pro existentia Dei demonstranda adhiberi solitis) adhiberi præmissas gratis assumptas, quarum tamen demonstratio difficilior, quam existentie divinæ. Exempli loco esse possunt, qui supponunt, genus humanum cœpisse, aut mundum cœpisse: quod utrumque sine probatione assumere non licet, difficulter tamen demonstrari potest, immo publice hæcenus demonstratum non est, ex principiis scilicet rationis. Quod si quis ex eo sumat, mundum cœpisse, quod ostendere possit, statum telluris præsentem cœpisse; is fallaciam dicti simpliciter duplicem admittit. Etenim si probavit, tantum tellurem cœpisse quoad statum præsentem; initium eidem assignare nequit quoad statum omnem; multo minus autem, quæ de mundo quoad partem, nempe tellurem, monstravit, ad mundum quoad omnes partes seu integrum applicare valet. Rat. Præl. p. 136.

DISQUISITIO.

1. Quandoquidem Auctor cl. sermoni suo verba inseruit hæc: *ex principis scilicet rationis, ante omnia formandus est status controversiæ. Non est quæstio de notitia creationis accurata, seu ratione temporis, modi ac ordinis, quo facta est, determinata, an hæc e lumine naturæ innotescat? Hoc enim nemo dixerit: certe inde nemo probaverit; ideoque recte negatur secundum illud Pauli Hebr. XI, 3. Sed quæstio est de notitia creationis generaliore: anne materiæ ac mundi, ac in eo speciatim generis humani, æternitas sanæ rationi ac historiæ repugnet? & e contrario anne rationi ac historiæ maxime sit consentaneum, hoc universum, & in eo genus humanum, cum ipso tempore aliquando cœpisse, seu productum esse a causa independenti ac liberrima infinitæ sapientiæ, bonitatis ac potentiæ? Item simul quæritur: anne generis humani propagatio, cum migrationibus gentium antiquissimis collata, & origines ac incrementa rerum publicarum ac regnorum, nec non linguarum variarumque artium ac scientiarum, humano generi partim necessariorum, partim uti-*

utilissimarum, secundum antiquissima omnis fide dignæ historiæ monumenta considerata, comprobent historiam mundi creati biblicam; scilicet eam non posse esse antiquiorem eo ipso millenniorum decursu, quem illa nobis inde a tempore factæ creationis exhibet? Hoc est, quod semper affirmarunt sanioris systematis philosophi ac theologi ad unum omnes, & inde Dei existentiam demonstrarunt, ab effectu contingenti ad causam necessariam, liberam, intelligentem & potentissimam, h. e. Deum, argumentati.

2. Sed hoc ipsum est, quod Auctor cl. negat, scribens: **PUBLICICE HACTENUS DEMONSTRATUM NON ESSE**, *quod genus humanum, aut mundus, cæperit*. Cum vero non nesciat, hanc ipsam demonstrationem factam esse a permultis, tam philosophis, quam theologis, aliorumque ordinum eruditissimis viris, auctoritatem suam omnibus istorum omnium & auctoritatibus & simul argumentis sine ullo argumento sola negatione opponit; etsi non ignoret, opponenti onus probandi incumbere.

3. Nec quidquam hic valet exceptio a distinctione *mundi & telluris* desumpta, quasi a probato telluris sive in se, sive quoad præsentem statum, initio non valeret consequentia ad initia totius mundi. Unde enim est hæc exceptio, nisi ex anticipata, nequaquam vero probata, aut unquam, nedum ex *historia Mosaisca & scriptura sacra*, uti nonnulli arbitrati sunt, probanda, nonnullorum mathematicorum in Anglia & **LEIBNIZII** hypothesi de tellure, e globo ignito in consistentem hanc formam aliquando conversa? Hanc vero hypothesin cum aliis non nullis, sine ullo fundamento e mera fictione assumptis, refutarunt diversi viri docti, **JO. WITTY**, **GERHARDVS de VRIES**, **PETRVS van MASTRICHT**, **MELCHIOR LEYDECKER**, & nostratibus inter alios **JO. AD. OSIANDER**. Conf. **ZACH. GRAPIVM** in *Theol. recens controversa* P. II. c. 1. Quæst. I. & II. Recte clarissimus **WEISMANNUS** in *Comment. Theol.* p. 28. in not. *Certe ad talia sibi persuadendum non scientia & demonstratione, sed credulitate magna opus est,*
D
qua

qua sepe magna etiam ingenia non carent, ubi de adamatis hypotesibus agitur.

4. *Mosem* vero non agere de productione, aut peculiari constitutione, solius *telluris*, sed *totius universi*, ita ut istud cum ipso tempore coeperit, manifestum est, uti ex ipsa creationis historia; sic ex aliis scripturæ locis quam plurimis, v. g.

a. *Exiis*, ubi *creatio* vocatur *καταβολή κόσμου* Matth. XIII. 35. XXV. 34. Luc. XI. 50. Jo. XVII. 24. Eph. I. 4. Hebr. IV. 3. IX. 26. 1. Pet. I. 20. Apoc. XIII. 8. XVII. 8. Inter quæ loca tria sunt, ubi pro *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* dicitur *πρὸ καταβολῆς κόσμου*, & indicatur, mundum non fuisse iam ab æterno conditum, sed *ante iacta mundi fundamenta* Deum amasse Filium suum, Jo. XVII. 24. *ipsumque nos in Christo elegisse*. Eph. I. 4. in Christo iam *ante mundi constitutionem ad nostri redemptionem destinato* 1. Pet. I. 20.

b *Ex iis locis*, ubi legitur locutio *ἀρχὴ κόσμου*, item *ἀρχὴ κτίσεως*, *initium mundi*, *initium creationis*, eaque uti ad totum universum eiusque productionem, sic etiam ad ipsum temporis initium, quo cum ea coeperit, respicitur, ut Matth. XXIV. 21. Marc. X. 6. XIII. 19. 2. Pet. III. 4. conf. Apoc. III. 14.

c. *Ex illis scripturæ locis*, ubi Deus cum emphasi describitur ut creator non solius telluris, sed *etiam cæli & terræ & marium*. Act. XIV. 15. XVII. 24. Apoc. (IV. 5.) X. 6. XIV. 7. Unde vocatur *Dominus cæli & terræ* Matth. XI. 25. Act. XVII. 24. Huc pertinent loca, ubi Deus dicitur *omnia, cælum & terram, & que in iis sunt, per filium suum creasse*. Eph. III. 9. Col. I. 16. Joh. I. 1. seqq. qui locus postremus præcipue hic est notandus. Quem admodum enim manifestum est, in eo respici ad historiam creationis Mosaicæ; sic per Filium Dei dicuntur *facta esse omnia*, & addita negatione, *nec quisdquam sine eo factum esse*, & quidem in illo ipso *temporis initio*, quod ex historia Mosaicæ simul expresse allegatur. Conf. Psalm. XXXIII. 6.

d. *È locis veteris testamenti parallelis*, ubi, facta creationis mentione, cum telluris productione, productio *cæli & cælestium exercituum* identidem conjungitur, & *maiestas Dei præsertim*

tim a creatione *telluris* & simul *cæli* describitur. Vide inter alia Pf. CXLVI. 6. Jef. XL. 12. 22. 26. XLII. 5. XLIV. 24. XLV. 1. 18. In primis vero hic expendi meretur Psalmus CIV. In hoc enim David *beneficium creationis* ita celebrat, ut ex historia creationis Mosaica non solum *telluris*, sed etiam *totius universi*, & speciatim *calorum cum exercitiis suis*, productionem magnifice prædicet.

Corollarium.

Quæ cum ita sint, cum historia creationis Mosaica collata vtiq; manifestum faciunt, creationem, quam Moses describit, non de quadam *telluris mutatione*, aut de *solius telluris*, sed omnino etiam de *totius universi productione*, esse intelligendam. Et hoc ipsum a philosopho, qui scripturæ sacræ auctoritatem admittit, eo minus erat in dubium vocandum, quo magis ex ipso etiam naturæ lumine de veritate creationis, ad universum cum ipso tempore referendæ, nobis constare potest, & quo sæpius ac confidentius ipse prædicat, præcipue Rat. Prælect. p. 159. & p. 161. philosophiam suam in omnibus concordare cum scriptura sacra, immo mirum inter suas demonstrationes & dogmata scripturæ sacræ esse consensum.

Placitum IV.

De illa mundi optimi electi idea, quæ malum includat.

Supra percepimus, hunc mundum inter omnes, qui possibiles sunt, esse optimum. Deprehendimus vero ipsa experientia, in hoc mundo multum esse imperfectionis, multum mali & adversi. Ideo hinc liquet, nec mundum optimum esse posse sine imperfectione & sine malo. Jam quia Deus id, quod imperfectius est, perfectiori præferre nequis, necessarium fuit, ut imperfectiones & malam atque pravam, quod huic mundo admixtum est, permitteret. Sufficit, hoc modo ipsum plus obtinuisse boni, quam alias obtentum fuisset, si illud permittere noluisset; quia hoc pacto ipsi producendus fuisset alius mundus, qui non tantum boni continuisset, quam hic: si non

dicis causa concedere volumus, mundum, in quo plane nihil mali sit, esse possibilem. Met. §. 1058. p. 638. seqq.

Item §. 1065. Difficultates, quæ hac in parte obiici solent, inde oriuntur, quod multa, tanquam certa, supponantur, quæ tamen erronea & falsa deprehendantur, si accurate expendantur. Sic admittitur 1. mundam aliquem esse possibilem, in quo nihil mali contingat. Id quod tamen nulla ratione probari potest. Non quidem ignoro, hic ad omnipotentiam Dei provocari: sed sine fundamento. Quam diu nescio, utrum eiusmodi mundus possibilis sit, nec ne, dicere non possum, quod Deus talem omnipotentia sua producere possit. Potius iam demonstravi, aut plane nullam mundum, in quo nihil mali reperitur, fuisse possibilem, vel istam ad minimum minus perfectionis habiturum, quam hic præsens habet, & hoc ipsum est, quod 2. dicis causa adsumitur, quasi ille mundus, in quo nihil mali reperitur, perfectior esset futurus &c.

DISQUISITIO.

1. Manifestum est, in hoc cl. auctoris sermone sequentes contineri propositiones, tanquam totidem hypotheses:

a. Mundus hic inter omnes possibilem est optimus.

b. Mundus optimus non potest esse sine imperfectione & sine multo malo.

c. Mundus, in quo multa mala sunt, & qui hinc multum habet imperfectionis, est perfectior eo, qui malo plane caret.

d. Deus ob maiorem mundi perfectionem & ad obtinenda plura bona, quam sine malis obtineri potuissent, mala permisit.

e. Mundus, qui sine malo sit, est impossibilis, & eum possibilem esse, falso supponitur, & dicis causa admittitur, cum talis mundus ne quidem per Dei omnipotentiam possibilis sit, saltem id probari nequeat.

2. Harum hypothesium conciliationem & diiudicationem ipsi lectori permitto, eumque remitto ad disquisitionem istarum eam, quam meritissimus Tubingensium Theologus,
CHRIST.

CHRIST. EBERHARDUS WEISMANNUS, in lectu dignissima *Commentatione de Præiudicio* &c. p. 15. seqq. & p. 55. seqq. instituit. Duo tantum hic moneo. Unum quod, teste cel. Tubingensium Cancellario, CHRIST. MATTHAEO PFAFFIO, in *Dissert. de morte naturali* p. 17. illustri Leibniti-
tius in litteris ad ipsum datis ipse confirmaverit iudicium modo dicti theologi, falsus integrum suum Theodicæ systema, nimirum de electione mundi optimi & harmonia præstabilita, esse *lulum ingenii*, quo BAELIO *frigidam suffuderit*. Alterum, confundi *peccati permisi* eventum bonum, qui ex intercedentis & dirigentis Dei providentia resultat, cum *permissionis consilio & decreto*, quo Deus peccato, tanquam medio ad mundi optimi constitutionem, uti voluisse dicitur. Non enim hoc, sed iste Deo convenit. Et licet ista eventus directio consilium, seu propositum aliquod, supponat; hoc tamen suspenditur a prævisa culpa, & non e *scopo* mundum optimum constituendi in malum effectum influit, sed tantum modo medicinali intercedit, eventus ita dirigens, ut, quod per se mundum ex optimo fecerat deterio-rem, rursus in bonum cedat & magis magisque aboleatur.

3. Cum vero in tractatione illa operosa de *mundi optimi electione* frequentissime commemoretur *mundorum, seu universorum, pluralitas*, etiam de hac iudicium lectori prudenti relinquo. Is vero inter multa alia præsertim sequentia expendet loca:

Cum mundus quilibet sit aliquod universum, quod e diversis partibus constat, unumquemque mundum oportet esse ens compositum. §. 551.

Unus mundus ab alio non aliter potest differre, quam modo compositionis. §. 552.

Necessè est, ut Deus omnia universa sibi simul distinctè repræsentet. Nam alias impossibile esset, ut perfectionem maiorem eligere posset. §. 952.

In uno quoque mundo omnia tam ratione spatii, quam ratione temporis, sunt concatenata. Jam cum Deus sibi unum

quemque mundum quam distinctissime repræsentet, necessesse est, ut rei cuiuslibet concatenationem cum omnibus in mundo cognoscat. &c. §. 964.

Omnia, quæ possibilis sunt, nec in hoc mundo sunt; pertinent ad alium mundum. Jam cum Deus omnes mundos distincte cognoscat, videt etiam, quid futurum sit sub certa conditione, quæ in hoc mundo non impletur. &c. Alles was möglich ist und in dieser Welt nicht geschieht, gehöret in eine andere Welt. Da nun Gott alle Welten deutlich erkent: so siehet er auch, was geschehen würde unter einer Bedingung, die in dieser Welt nicht zur Erfüllung kömmt. Z. e. Wenn ich an einem andern Orte mich niedergelassen hätte, als in Halle; so würden viele Dinge mich niederkund nachgeblieben sind. Hingegen andere würden nachgeblieben seyn, die kunds erfolget sind. Ob es nun zwar in dieser Welt nicht geschehen, daß ich mich an einem andern Ort niedergelassen; so wäre es doch in einer andern Welt, die vieles mit der kunds gemein hat, angegangen; und in derselben siehet Gott, was daraus würde kommen seyn, wenn ich mich an einem andern Orte einen Sitz erwehlet hätte. §. 969.

Inter innumeros mundos posibles Deus tantum unum elegit. &c. §. 983.

Quia in uno quoque mundo respectu loci & temporis omnia sunt catenata, omnia in illo concordant, etsi in uno mundo non tantum, quantum in alio p. 977.

Inter mundos innumeros posibles Deus tantum unum elegit. &c. §. 988.

4. De hisce & aliis huiusmodi effatis quam plurimis ipse prudens lector iudicet, speciatim de eo: a. utrum probabile sit, Deum in intellectu sibi formare ideas de innumeris mundorum universis, eorumque nexu? de universis, inquam, quæ non entia fuerunt, sunt & manebunt? b. An ea, quæ theologici de *scientia media*, seu hypothetica rerum *hujus unius universi* dicunt (qualis v. g. futura fuisset traditio Davidis, si apud Kegilitas permanisset 2 Sam. XXIII, 11, 12, 13.) trahi possint ad innu-

me-

merorum aliorum mundorum repræsentationem? e. Annenotionem imperfectionis de Deo inferat, dicere, eum mundum optimum ad existentiam perducere haud potuisse, nisi istius cum aliis mundis prævia comparatione facta?

Placitum V.

De fato mechanico rerum & eventuum omnium
in hoc mundo.

1. *Quia præsens status mundi in præterito, & futurus in præsentia fundatus est; ideo eventus in mundo certitudinem suam accipiunt. Es sic ideo, quod mundus machina est, omnes eventus in eo certi sunt. Jam si certi sunt in mundo eventus, impossibile est, ut non eveniant, & hac ratione necesse est, ut eveniant; per consequens in tantum sunt necessarii §. 561. 562. Und solcher Gestalt sind dadurch, daß die Welt eine Maschine ist, alle Begebenheiten darinnen gewiß gemachet. Sind die Begebenheiten in der Welt gewiß, so ist nicht möglich, daß sie nicht kommen solten, folglich sind sie in so weit nothwendig. §. 36. conf. §. 563. 565.*

2. *Quod si vel minimas eventus in mundo aliter se haberet, ac se habet; oporteret omnia in mundo antea aliter fuisse constituta, & postea omnia aliter evenire, quam nunc eventura sunt. Atque ita oporteret plane alium esse mundum, quam qui jam est: quemadmodum simili casu plane aliud horologium requiritur &c. Wofern die geringste Begebenheit in der Welt anders seyn solte, als sie ist, so müste alles in der Welt vorher anders gewesen seyn, und müste auch künftig alles anders kommen. Und also müste eine ganz andere Welt seyn, als igitur ist: Gleich wie in einem ähnlichen Fall eine ganz andere Uhr erfordert wird 2c. §. 567.*

3. *Quamvis præsens rerum concatenatio non permittat, ut eventus in mundo aliter se habeant, quam se habeant, & instantium necessarii sint: inde tamen non sequitur, res*

oppositas esse impossibiles, sed hoc tantum, quod non simul cum illis evenire possint. Potius cum comprehendamus, eas pariter posse existere, si alius rerum nexus esset, quam nunc est; nihil contradictorii continent, & ideo, licet non existant, aequae sunt possibilis quam reliquae, quae existunt. Immo possibile est, ut existant. Datum simile de horologio illustrationi est aptissimum. Impossibile est, indicem in horologio aliter se habere posse, quam se habet: Interea tamen possibile fuisset, ut se aliter haberet, si horologium aliter fuisset constitutum. IN HOC HOROLOGIO NON POTUISSET ALITER SE HABERE, OMNINO AUTEM IN ALIO: & ita se res habet cum eventibus mundi. Unerachtet die gegenwärtige Verknüpfung der Dinge es nicht leidet, daß die Begebenheiten in der Welt anders beschaffen sind, so folget doch daraus nicht, daß die entgegengesetzten unmöglich sind, sondern nur, daß sie nicht auch zugleich mit ihnen sich zutragen können. Vielmehr da wir begreifen, daß sie ebenfalls seyn könnten, wenn eine andere Verknüpfung der Dinge statt findete, als igtund ist, so halten sie nichts widersprechendes in sich, und sind dannenhero, ob sie gleich nicht zum Vorschein kommen, so wohl möglich, als die andern, die ihre Wirklichkeit erreichen. Ja es ist auch möglich, daß sie ihre Wirklichkeit erreichen könnten. Das gegebene Gleichniß von der Uhr ist sehr dienlich die Sache zu erläutern. Es ist nicht möglich, daß der Zeiger der Uhr anders stehet, als man ihn findet, unterdessen wäre es wol möglich gewesen, daß er anders hätte stehen können, wenn man sie anders gemacht hätte. In dieser Uhr hätte er nicht anders stehen können, aber wol in einer andern: und so ist es auch mit den Begebenheiten der Welt beschaffen. §. 568.

4. Ex his unusquisque potest perspicere, quanti momenti res sit, si aliquid, vel omnium minimum, in mundo mutaretur; nempe mutaretur omnis status in futuris temporibus, nec maneret plene hic mundus &c. Hieraus kann ein ieder sehen, wie viel es zusagen hat, wenn etwas, auch das allergeringste, in der Welt solte geändert werden: nemlich es änderte sich aller Zustand

in

in den künftigen Zeiten und bliebe nicht mehr völlig diese Welt. 2c. § 568.

5. *Notandum est, eventus in mundo habere certitudinem suam (§. 561.) & ideo in hoc mundo fieri non potest, ut aliquis usum medicine, quem adhibet, intermittat.* Es ist zu bemerken, daß die Begebenheiten in der Welt ihre Gewisheit haben, und demnach kan es in dieser Welt nicht geschehen, daß ein Mensch den Gebrauch der Arzney unterliesse, der sie einnimmt 2c. §. 817. Plura loca parallela hic cumulare supersedeo.

DISQUISITIO.

1. Manifestum est, clarissimo Auctori non esse sermonem de astronomia, secundum cuius leges certissima datur temporum designatio: sed generatim de eventibus, seu iis omnibus, quæ ullo modo in hoc universo, etiam in ipso humano genere, seu a causis liberis, contingunt.

2. Manifestum porro est, in eventibus istis, etiam qui sunt causarum liberarum, ipsum sublata omni strictioris ac genuini nominis & sensus contingencia, ad causas istas liberas relata, omnia subijcere fato physico-mechanico, contra Postul. VII. & ejus corollaria. Hoc liquet loco *primo*. Si enim etiam respectu generis humani status præsens in præterito, & futurus in præsentis, ita fundatus est, ut sit pars machinæ mundanæ, seu *ideo eveniat, quia mundus machina est*; quis locus erit humanæ libertati? Et si impossibile est, ut, quæ eveniunt, non eveniant, habemus fane ipsum fatum Stoicum, secundum Postul. X. Et quid sibi volunt verba: *in tantum sunt necessaria?* Nam etsi ipsa machina respectu existentie suæ non fuerit necessaria, sed contingens; nexus tamen ejus, postquam ita, uti est, constructa existit, est in suo genere absolute necessarius, seu simpliciter immutabilis, eo sensu, quo immutabilitas & necessitas libertati & libero regimini obstant. Atque ita confunditur contingencia actualis constitutionis cum contin-

E

gen-

gentia, seu potius cum necessitate, consecutionis, contra Postul. VI.

3. Et hanc ipsam necessitatem fatalem confirmat locus iste §. 36. in loco primo fundamenti instar allegatus. Etenim in isto perhibetur, *necessarium esse, cuius oppositum contradictionem in volvas, & hinc impossibile fit.* Atque ita in eventibus huius mundi, etiam ad humanum genus relatis, tanta statuitur necessitas, ut eorum opposita contineant contradictionem, & hinc in hoc mundo simpliciter impossibilia, atque ita in suo genere absolute necessaria sint. Confer ad huius rei diiudicationem Postulatum VIII. & IX.

4. Id quidem agit vir clarissimus, ut §. 563. seqq. necessitatem hanc ab absoluta distinguat: sed cum nihilo minus omnia referat ad *nexum* rerum semel constitutum, & nunc per se simpliciter *immutabilem*; quid hoc est aliud, quam fatum Stoicum ita emollitum ire, ut magis magisque stabiliatur, secundum Postul. IX. Et quando ab ipsius mundanæ machinæ contingentia argumentatur ad contingentiam ipsorum eventuum, confundit *contingentiam existentiae cum consequentia consecutionis*, seu duas quæstiones maxime distinctas, unam de contingentia *ipsius machinæ*, alteram de eventibus *in machina*, contra Postul. VI. Quando de actionibus causarum libere agentium quæstio est; quo iure hæc eius generis contingentibus, quæ in machina & horologio sunt, & post contingentem eius constructionem simpliciter sunt necessaria, possunt annumerari? Nonne hoc pacto humano generi demitur omnis libertas? Atque ita ad fatum Stoicum pertinent inter alia in primis illa, quæ in sensu ad humanum genus relato §. 565. ita se habent: *Da nun dieses in der Welt sich gleichfals so befindet (wie im Uhrwerk) so muß auch wahr seyn, daß eine jede, auch die allergeringste, Begebenheit, sich nicht ereignen würde, wenn nicht alles vorher so ergangen wäre, wie es die vorigen Zeiten mit sich gebracht, und der Welt-Raum so erfüllet wäre, wie wir ihn erfüllet finden.* Hac ratione nemo habet in potestate sua, ut vel pedem, vel manum, aliter, vel sinistrorsum, vel dextrorsum, vel citius, vel

serius

ferius, moveat, quam ipso actu movet, nec ut quicquam boni mali que aliter committat, aut intermittat, quam nexus rerum mechanicus, per infinitam consecutionem ex antecedentis status serie derivatus, id tulerit.

5. Hanc vero necessitatem, in suo genere omnino absolutam, etiam *secundo loco* comprobari, ex eo liquet, quod in eo itidem negatur, *vel minimum eventum in hoc mundo aliter evenire potuisse, quam actu evenit*, & quod diversitas eius, quæ mundo huic plane alium nexum fuisset allatura, & hoc universum in aliud mutatura, ad mundum plane alium refertur. Atque ita Sempronius, coram iudicio causam dicere iussus, cur hoc atque istud commiserit, aut intermiserit, locutusque fuerit? respondere potest: in se nullam esse culpam: sed sic fuisse in fato physico-mechanico; utpote cui a deo sit subiectus, ut, si hoc, aut istud, non fecisset dixissetque, mundus hic præterens non permanisset, qui nunc est: se quidem potuisse hoc, aut istud, hoc aut isto, modo facere; at non in hoc mundo, sed in alio. Quid, quæso, sic philosophanti regesturus esset iudex? Conf. Post. VIII. & IX.

6. Eadem quoque est ratio *loci tertii*; utpote in quo eorum, quæ *actu* eveniunt, vera contingentia ex eo probatur, quod illorum opposita non sint impossibilia, sed & ipsa existere possint. Quod si quæras: ubinam vero? responderetur: *in alio mundo*. Egregiam vero contingentiam, quæ ex hoc mundo in alium quasi relegatur! Et si in isto, quæ in hoc non eveniunt, contingerent, tamen pro nexu eiusdem alio & itidem fatali non magis in eo libere, & non minus necessario, evenirent. Et cum diversi mundi, etiam in ordine ad causas liberas relato, ex hypotthesi sint *duo quasi horologia*; etiam hic consuetæ saxe comparationi, quæ tota fati Stoici est, inhaeret vir doctissimus; contra Postul. IX. & eius correlaria.

7. Locum *quartum quintumque* idem fatum statuminare, etiam ipsa utriusque littera quam evidentissime ostendit. Et sic manifestum est, verborum *de necessario medicine usu* non

hunc esse sensum, quod, quando iste adhibitus sit, factum infectum fieri nequeat, secundum istud Metaphysicorum: *omne, quod est, quando est, necesse est esse*, scilicet ex suppositione facti, quod infectum reddi haud possit: sed hunc esse sensum, quod, quemadmodum, qui actu convalescit, ex fato necessario convalescat; sic etiam, si is medicina fuerit usus, hanc vi eiusdem fati intermittere haud potuerit. Et sic habemus *confatalia Stoicorum!*

Ut vero de systematis Leibnitiani fato eo evidentius constet, consultum erit, ut illud ipsum, antequam istud capite II. in commercio inter animam & corpus consideremus, adhuc in hoc ipso capite de mundo sub cognata notione *possibilium & contingentium*, de quibus cl. Auctori in fati sui coloribus subinde sermo est, seorsum expendamus. Non itaque ægre feret prudens lector, si videat, cramben fati eandem sub diverso respectu sæpius quasi recoctam adponi. Quandoquidem enim centrum & omnis peripheria Leibnitiani systematis in fato hoc est, & hoc tamen speciose admodum negatur; fati huius detectio non facile esse potest nimia.

Placitum VI.

De notione possibilium libertati adversa & absoluto fato accommodata.

1. *Hinc simul liquet, quid in nostro mundo existat, nempe quod in nexu rerum, qui presentem mundum constituit, fundatum est. E contrario quod ipsi contradicit, seu in ipso non est fundatum, id in hoc mundo impossibile est. Quod itaque in hoc mundo est possibile, illud vel iam adsuit, vel iam adest, vel adhuc futurum est. E contrario quod in hoc mundo impossibile est, tamen posset esse possibile in alio mundo: Aus diesem erkennet man zu gleich, was in unserer Welt wirklich wird, nemlich was in dem Zusammenhange der Dinge, welcher die gegenwärtige Welt ausmachtet, gegründet ist. Hingegen was ihm wieder spricht,*

spricht, oder in ihm nicht gegründet ist, das kan in dieser Welt nicht geschehen. Was also in dieser Welt möglich ist, das ist entweder schon da gewesen, oder ist noch da, oder wird noch künftigt kommen: Zingegen was in dieser Welt unmöglich ist, könnte deswegen wohl in einer andern würcklich werden. § 572. Conf.

§. 573. 474.

2. *Eadem est ratio NECESSARIORUM. Quae in hoc mundo sunt possibilis, illa venire necesse est, nisi iam ad fuerint, vel adhuc adsint, & ut non eveniant, impossibile est. Alias enim fundamentum eius, quod in rerum concatenatione habent, non esset sufficiens, id quod ei, quod assumimus, esset contrarium, ideoque esse nequit. Et sic necessarium est.* (§. 41.) Eine gleiche Bewandnis hat es mit dem Nothwendigen. Was in dieser Welt möglich ist, das muß auch kommen, wenn es nicht schon da gewesen, oder noch da ist, und kan unmöglich aussen bleiben: denn sonst wäre sein Grund, den es in dem gegenwärtigen Zusammenhange der Dinge hat, nicht zureichend, welches dem zuwider wäre, was wir angenommen und dannhero nicht seyn kan. Auf solche Weise ist es nothwendig. 2e. §. 575.

DISQUISITIO.

1. Notum est, ad *possibilia* huius universi quam maxime pertinere illa, quae a *caussa* in agendo *libera*, h. e. a voluntate Dei & hominum dependent & ita comparata sunt, ut possint fieri & non fieri pro libertate arbitrii, non obstante rationum ad actum moventium qualitate. Hæc autem *possibilia* notio in systemate cl. Auctoris nostri plane expirat contra Postul. VIII. E. contrario *possibilia*, prout expressa eius confessio habet & res ipsa indicat, ipsi sunt *necessaria* secundum Postul. IX. Et rerum ac eventuum *necessitatem*, sub nomine *possibilitatis*, statumaturus, huic *possibilitati* non substernit *arbitrii libertatem*, utpote eidem quam maxime adversam, sed *physicam* & *mechanicam rerum concatenationem*, seu nexum fatalem, secundum quem, quæ eveniunt, necessario eveniunt, & non potuerunt non evenire, ita ut antecedentia, a quorum nexu fatali, seu ne-

cessario, deriuantur, non minus sint necessaria, quam eventus consequentes; utpote quæ itidem, tanquam necessarii eventus, pendent a sua fati catena: secundum Postul. X. & eius corollaria.

2. Ecquid enim, secundum locum *primum*, rerum concatenatio, extra quam in hoc mundo nihil fieri possit, est aliud, quam *factum physicum*, seu *nexus rerum mechanicus*, *fatalis* & necessarius? Sine quo & extra quem nexum si nihil fit & fieri potest in hoc universo; manifestum est, *omnia & singula esse fatalia*, seu fato subiecta, secundum Postul. X. & eius corollaria. Et hoc ipsum confirmant verba, quæ *ἀποβήσ*; sequuntur: *Quicquid igitur in hoc mundo possibile est, illud vel iam adfuit, vel iam adest, vel adhuc futurum est.* Quis hic non videt *res possibile* idem esse ac *necessarium*? Quis non observat, ex hac hypothesis in hoc mundo nihil fieri posse, nisi *quod actu fit, aut iam factum vel adhuc futurum est*? secundum Postul. X. & eius corollaria. Id enim ipsa verba expresse insinuant. Jam vero in confesso est, pro libertate arbitrii humani (ut de libertate arbitrii divini nunc nihil dicam) omnem doctrinæ moralis & ipsius moralitatis nervum in eo esse, ut, quæcunque iure fieri debebant, actu autem neque facta sunt, neque fient, possimus urgere, & ita quidem, ut actu haud facta ipso etiam iure divino possimus requirere, & in eos, qui ista neglexerunt, animadvertere; quo minus autem post hac intermittenda committantur, aut committenda intermittantur, variis præmiorum & poenarum sanctionibus providere ac procurare. At vero si in hoc mundo ratione præteriti nihil fieri potuit, nisi quod pro rerum concatenatione necessaria ipso actu factum est; & si in præsens nihil fit, nisi quod pro eodem nexu actu fieri videmus; nec quidquam posthac fieri poterit, nisi quod eodem fatali nexu fiet; actum est uti de libertate arbitrii, sic etiam de universa doctrina morali, maxime secundum praxin considerata. Quid vero sibi volunt verba iam adductis proxime subiuncta: *E contrario, quæ in hoc mundo sunt impossibilia* (seu ipso actu non fiunt, nec pro rerum concatenatione fatali fieri possunt) *possent nihilominus in alio mundo fieri*

erit. Sic minister aliquis male fidus principi, ipsi neglecti officii poenam irrogaturo, secundum hanc philosophiam non solum potest respondere, se ipsi in alio mundo omnem fidelitatem praestitutum fuisse, aut praestitutum esse; sed etiam adversus poenam quam solennissime protestari, eamque summæ iniustitiæ postulare, caussatus, a se nihil potuisse fieri, nisi quod, pro rerum concatenatione ab ipso Deo sic praestabilita, actu ipso factum sit; & alias turbandum fuisse huius mundi nexum.

3. Et hanc ipsam necessitatem fatalem contextus loci primi consequens in §. 573. 574. confirmat. Hic enim auctor doctissimus, quod generatim dixerat, speciatim applicat ad *actum sedendi & surgendi*, ita ut istum nequaquam a *libero hominis arbitrio*, sed unice a *fato physico & mechanico* suspendat, negans, ad *actum surgendi*, quando quis non surrexit hoc aut isto tempore, sed *sedis*, comparatum fuisse universi nexum, & contendens, plane aliam, quam nunc est, rerum concatenationem futuram fuisse necessariam, si is, qui *sedis*, *surrexisset*. Wenn es seine Würde nicht erreichen sollte (inquiens, nemlich daß ich aufstehe, da ich sitzen bleibe) so müßte ein ganz anderer Zusammenhang der Dinge seyn, als sich igo befindet, das ist der Raum und die Zeit müßten auf eine ganz andere Weise erfüllet seyn, als er igo erfüllet ist. Da es nun unmöglich ist, daß einerley Raum und Zeit auf einmal auf verschiedene Art erfüllet seyn kan, so kan es auch in dieser Welt nicht geschehen, daß ich aufstehe, indem ich sitzen bleibe. Quis tantum fati rigorem cum extensione ad motus corporis quoscunque vel inter ipsos Stoicos olim audivit? Nonne hac ratione discipuli ignavi & immorigere, qui, post iteratas paedagogi excitationes, hisce spretis in plurimis in multam diem usque commorati sunt, deinceps promeritam castigationem hac excitatione, tanquam iustissima, excipere ac caussari possunt, non fuisse in *fato*, seu nexu mundi praesentis, ut *surgerent*, ideoque fuisse simpliciter impossibile; alias enim factum fuisse; fieri tamen posse, ut vel ipsi, vel alii in alio mundo, pro alia rerum concatenatione, citus surgant. Hæc de loco primo.

4. Ego-

4. Eundem esse sensum *secundi* & reliquorum omnium, quæ brevitatis causa prætermitto, ipsa vel *αυτολεξι* abunde indicant. Obiter hic adhuc moneo, vi huius fati etiam in Deo concidere *prævisionem eventuum hypotheticam*, qua is prævidet, hoc, aut illud, futurum, si hoc, aut istud, a causa agente libera fieret: uti inter alia docet exemplum Davidis, Dominum super *Kegilitis* interrogantis 1. Sam. XXIII. Nam secundum hoc systema nihil fieri potuit, quam quod actu factum est. Unde, cum David actu ipso apud *Kegilitas* non manserit, nec hi ipsum tradiderint Sauli, sequitur, Davidem vi concatenationis rerum omnium apud *Kegilitas* permanere, & hos ipsum Sauli tradere, haud potuisse.

5. Hæc vero *possibilia*, quæ nil nisi mere *necessaria* sunt, natura sic se habens illustrat cl. auctoris definitionem, quam de mundo dedit, quod mundus sit *series possibilium simultaneorum & successivorum, inter se connexorum*. Rat. Prælat. p. 150. Omnem enim possibilitatis rationem & notionem in eo poni, quod mundus hic structuram mechanicam aliamque concatenationem *potuisset* habere, manifestum est. Verbis vero, *inter se connexorum*, fatalem rerum omnium nexum exprimi, iam itidem nemo amplius dubitare potest.

Corollarium.

Quandoquidem *possibilia* cl. auctori nihil sunt aliud, quam *necessaria* & adnexum rerum fatalem pertinentia; *philosophia*, quæ ipsi est *scientia omnium possibilium, qua talium* (Rat. Prælect. p. 107.) vi synonymiz istius est *scientia fati*, seu *rerum nexui fatali obnoxiorum*.

Placitum VII.

De notione contingentium libertati itidem adversa, & ad fatum physico-mechanicum in genere humano relata.

1. Quia mundus est contingens, etiam omnes eius eventus oportet

oportet esse contingentes, nam ejus eventus eveniunt ex eo tantum, quod est. Et ideo necessitas naturæ, quæ ipsi propria est, ejus contingentiam non tollit. Weil die Welt zufällig ist, so müssen auch alle ihre Begebenheiten zufällig seyn, denn ihre Begebenheiten ereignen sich bloß deswegen, weil sie ist. Und demnach hebt die Nothwendigkeit der Natur, die ihnen zugeeignet werden muß, ihre Zufälligkeit nicht auf §. 577. conf. §. 578.

2. Nunc accipimus rectam ideam de contingentibus in mundo. Nempe cognoscimus, eventus contingentes non aliter posse ad existentiam suam pervenire, quam per seriem innumerarum rerum aliarum, quæ ipsos antecesserant & cum ipsis conjunctæ sunt, adeo, ut, quando ipsarum fundamentum indicandum est, illud idem rursus aliud habeat fundamentum SINE FINE. Nun bekommen wir einen rechten Verstand von dem Zufälligen in der Welt. Nämlich wir erkennen, daß zufällige Begebenheiten nicht anders ihre Wirklichkeit erreichen können, als durch eine Reihe unzähliger anderer Dinge, die vor ihnen vorhergegangen, und neben ihnen zugleich sind, dergestalt, daß wenn man ihren Grund anzeigen soll, derselbe immer wieder einen neuen Grund hat ohne Aufhören &c. §. 579. Conf. p. 565. 567. Superfedeo loca plura huc transcribere, vel allegare etiam, cum hæc sufficiant, utpote iam supra allegatis omnino parallela.

DISQUISITIO.

1. *Contingentia*, ad Deum & hominem, causas liberas, relata, pendere a libero Dei & hominis arbitrio, iam, tanquam datum ab omnibus Theologis & Philosophis, secundum Postul. VII. suppono.

2. Manifestum vero est, a cl. Auctore nostro omnem *contingentia* notionem unice referri ad solam huius universi existentiam, seu constitutionem, scilicet quod ea non fuerit necessaria, sed potuerit aliter esse: post eiusdem actualem constitutionem vero *contingentia* omnia esse necessaria, seu nihil

hil aliter evenire posse, quam eveniat, etiam in minimis; nec quidquam hic suspendi a libero causarum liberarum arbitrio, sed referri omnia ac singula ad fatum nexus mechanici Stoicum & Spinozianum; adeo ut vel minima veri nominis contingentia, ad causas liberas relata, plane alium mundum a parte post effectura esse statuatur. Id quod si non est omnem stricte sic dictam *contingentiam* penitus a fato physico-mechanico suspendere, & actiones liberas causarum liberarum cum ipsa libertate simpliciter tollere, & absolutum fatum statuminare, libertas, & fatum non sunt, quod sunt. Considerentur Postulata VI. VII. VIII. IX. X. cum suis scholiis & corollariis: quibus hic applicatis omnia erunt manifesta.

3. Quis vero contingentiae huius, h. e. fati absoluti, quo a minima alicuius eventus, etiam in se vilissimi, mutatione ea, quae ab ipso eius actu diversa est, fit conclusio ad plane alium rerum in universo nexum, quem omnibus temporibus praecessisse oporteat; quis, inquam, huius fati naturam non videt? Nam e. g. si pisciculus aqua extractus, qui igni ad motus hodie hora octava exspirat, iam hora sexta exspirasset, mundus hic praesens, ex hypothesi, aut non potuisset esse, qui est, nec quidquam, quod in eo unquam evenit, (e. g. expeditiones Alexandri M. everio Carthaginiis, caedes Julii Caesaris, detectio Americae) potuisset evenire, aut transiisset in alium plane mechanismi nexum, ita ut in perpetuum plane alios habiturus esset eventus, quam re vera habebit, v. g. tunc nec Jenae, nec Halae per instans semestre hibernum haberentur istae lectiones, quae nunc habebuntur. Idem etiam ex hypothesi valeret, si ego vel unicam vocem in hac huius placiti plusquam Stoici disquisitione aliter, aut citius vel ferius, posuissem, quam posui.

4. Ad argumentationem illam in loco primo: *Quia mandus est contingens, etiam omnes eius eventus oportet esse contingentes*, quod attinet; illud in formam logicam redactum laborat vitio materiae, ita se habens: *Quaecunque machina est contingens, (ita ut potuerit aliter contrui) etiam etiam omnes eventus sunt contingentes* (ita ut post ipsam con-

constructionem possint in ista aliter evenire, quam eveniunt.)

Atqui mundi machina est contingens &c. Ergo. Quis hic non videt falsitatem propositionis maioris? Etenim a *contingentia structura*, seu constitutionis actualis, non valet consequentia ad contingentiam eventuum, seu consecutionis, secundum Postul. VII. *Structura* quidem huius universi a causa libera facta est *contingenter*: at quia ex hypothese est mere mechanica, eventus eius non amplius referendi sunt ad contingentem *constructionem*, sed ad *machinam iam constructam*, atque ita respectu machinæ non sunt *contingentes*, sed *necessarii*, ita ut impossibile sit, eos in hac machina aliter evenire, quam eveniunt. Et hoc est, quod de eventibus mundi ipse cl. Auctor identidem inculcat, scilicet *impossibile esse*, ut in hoc mundo non eveniant, aliorum, aut mutatorum, eventuum possibilitate ad alium plane mundum ablegata. Præterea *genere humano*, quod a Deo libertate præditum est, plane est indignum, quando ita ad universi huius *machinam* refertur, ut eius *partem* constituat. Ad *machinam* vero istud referri, & sic libertatem eiusdem tolli, universa systematis series docet. Nam in placiti antecedentis disquisitione iam vidimus, inter alia eo referri actus *sedendi & surgendi*, & membrum aliquod corporis *movendi*, ita ut isti, hominis regimini libero plane abjudicati, ad solum nexum rerum physico-mechanicum adstringantur. Plura occurrunt deinceps Cap. II, ubi videbimus, ipsam etiam *rationalem oris loquelam & calami scriptionem*, regimini animæ abiudicatam, soli mechanico fato tribui.

5. Et cum nemo nesciat, ea, quæ fiunt *necessitate naturæ*, etsi natura ipsa contingens sit, fieri non hypothetica aliqua, sed *absoluta necessitate*, seu *absoluta immutabilitate*, secundum Postul. IX. & eius corollaria; cl. Auctor contingentibus, etiam ad causas liberas, seu ad genus humanum, applicatis, uti loco primo allegato vidimus, illam ipsam *naturæ necessitatem* tribuit, tanquam ipsis propriam, omnia

Spinosa, etsi e principio alio, nimirum mechanicæ consecutionis, deducta, secundum Postul. X.

9. Tertium vero ac quartum Spinoziano-Leenhofiani systematis principia mihi videntur clavem aliquam præbere conjecturæ, quid sibi clar. Autor noster velit in Commentationis præfatione commemorata illa nova *Anthromorphistarum*, tanquam a se dissentientium, secta, & quo sensu iis *Anthromorphismum* sibi tantopere invisum tribuat; scilicet sic eos, qui a fato Stoico & physico-mechanico, ipsoque Spinoziano, abhorrent, vocari, & ideo quidem isto nómine insigniri, quod, inter alia, *Dei mandata, interdicta, comminationes & promissiones, & universam eius potestatem legislatariam ac iudiciariam, eiusque executionem*, fatali rerum omnium nexui opponunt, inde argumentati ad libertatem, scilicet quod ista omnia in humano genere *libertatem* supponant, cum de Deo proprie intelligenda sint; etsi simul *ἁποπροσώσ*, sensu ab omni imperfectione remoto. Quæ coniectura mea quantum probabilitatis, vel ipsius *ἀποδιζέωσ*, gradum attingat, ipsi periti lectores diiudicent. Quod si Auctor cl. illa, & eiusmodi plura verba Metaph. §. 993. quando ad obiectionem e scriptura factam respondet: *Die Schrift zieleet auf die Frömmigkeit, nicht auf die Gelehrsamkeit, und brauchet darzu die Wahrheiten, welche sich für alle Menschen schicken, sie mögen gelehrt, oder ungelehrt seyn, und die unmittelbar einen Bewegungs-Grund des Willens abgeben können*, rectius intelligit, quam Spinoza ista sui systematis: *scripturam non nisi simplicissima docere; nec aliud præter obedientiam insendere; nec de divina natura aliud docere, quam quod homines certa vivendi ratione imitari possint*. Tractat. Theol. Pol. c. VI. & XIII. item in epist. 25. Opp. Posth. p. 458. *Scripturam etiam in istis locutionibus, quibus Deus dicatur de hominum actionibus cognoscere, statuere, iudicare, secundum receptas vulgi locutiones loqui, quia ipse intentum non sit, philosophiam docere, nec homines doctos, sed obtemperantes reddere*. Item epist. 48. p. 541. ubi summa tractatus Theologico-Politici enarratur, *quod Deus se in scriptura ad aptum hominis accommodet, quando, quæ necessa-*
rio

rio evenire debeant, per formam mandati hominibus exponas. Sua ista, inquam, si cl. Auctor rectius intelligit, mihi aliisque erit gratissimum: num vero eadem vi hypothesium suarum rectius intelligere possit; alii viderint, ac simul diiudicent, quænam doctrinæ forma sub tam invisit anthropomorphismi fuga lateat.

EPICRISIS

ad Commentationis Sectionem I. de differentia
nexus rerum sapientis & fatalis neces-
sitatis.

Nervus disputationis versatur in tribus hisce quæstionibus:
1. an nexus ille rerum materialium, quem Auctor cl. in systemate suo statuit, sit sapiens & a fatali necessitate differat?
2. An Commentatio quidquam habeat, quod hanc ipsam differentiam ostendat ac evincat?
3. Anne eadem potius hypothesein de fatali necessitate ipsa confirmet? Hic, quod res est, & quod sentio, aperte eloquar ac demonstrabo.

Propositio I.

Nexus ille rerum materialium, quem philosophiæ Leibnitianæ systema habet turgetque, non est sapiens, sed ipsa fatalis necessitas.

Demonstratio.

1. A fato illo Stoico & absoluto, cui secundum hoc systema totum hoc universum, & in eo speciatim humanum genus, subicitur, per demonstrationem jam datam supra Placito V.

2. AB

2. *Ab ea pos. cuius & contingens descriptione & natura*, quæ in hoc systemate nihil, nisi absolutam consecutionis necessitatem denotat & exprimit: uti demonstratum est supra Placito VI. & VII.

3. *Ab ea perceptionum anime serie*, quæ in nexu necessario & immutabili ponitur, & ex ea anime natura derivatur, secundum quam anima ob nexus necessitatem habetur pro automato immateriali, & dicitur ipsa naturæ necessitate perceptiones suas in se evolvere: iuxta capitis II. Placitum IV. Unde liquet, genus humanum absoluto fato subiici.

4. *Ab hypothese de regimine corporis, & speciatim rationalis sermocinationis & scriptionis, anime simpliciter abiudicato & fato physico-mechanico unice & in solidum adscripto*: secundum cap. I. Placitum VI. & VII. Unde eadem fatalis necessitas, cui humanum genus subijcitur, quam liquidissime demonstratur.

5. *Ab ipsa sic dicta harmonia commercii inter animam & corpus prestabilite*. Unde eadem necessitas fatalis speciatim respectu humani generis evincitur, nimirum ut adserta in hoc systemate: secundum Placitum capitis II. nonum.

Scholium.

Huic fatali & necessario rerum omnium nexui accommodatæ sunt reliquæ huius systematis hypothes omnes v. g.

Illæ de *definitione & natura* sic dictorum *simplicium ac monodum*, secundum cap. I. Placitum I. & II.

Illæ de *æternitate & ipsa definitione mundi*, secundum cap. I. Placitum III.

Illæ de *malo morali ad naturam mundi optimi & perfectissimi* scilicet, secundum cap. I. Placitum IV.

Illæ de *definitione anime humane idealistica* secundum, cap. II. Placitum I.

Illæ de *unica & imperfectissima anime facultate mundi representativa*: secundum cap. II. Placitum II.

Ulla

Illa de negata unione inter animam & corpus physica, & metaphysica asserta, secundum cap. II. Placit. V.

Illa de definitione spiritus generatim, & speciatim Dei, idealistica, secundum cap. III. Plac. II. & III.

Illa de Dei miraculis in regno natura & gratia, secundum cap. III. Plac. VII. & VIII. Reliqua ex eodem systemate huc pertinentia iam prætereo.

Propositio II.

Commentatio nihil habet, quod veram differentiam inter nexum rerum materialium sapientem & fatalem necessitatem ostendat & evincat.

Demonstratio

Posita in observationibus ad Commentationis §§.

Ad§. VI.

Spinoza negat contingentiam huius universi ratione *existentiæ & consecutionis* simul. Et cl. Auctor contingentiam respectu consecutionis in absolutam necessitatem convertit, secundum Coroll. VII. seqq. ideoque ipsius systema a systemate Spinosiano differt in tantum, non in totum, secundum Postul. X. Et ex iisdem Postulatis constat, necessitatem illam consecutionis omnino esse absolutam.

Ad§. VII.

I. *Possibilem & impossibilem* definitio, sine cl. Auctoris systemate, & secundum systema commune considerata, recte se hic habet. At in applicatione & sensu cl. Auctoris falsa est. Cum enim *possibilia* in communi systemate sint ea, *que contradictionem non involvunt*, ideoque, præsertim ad causas liberas relata, *in hoc ipso universo* potuerunt, possunt & poterunt aliter existere,

more, quam actu ipso existerunt, existunt aut existent; *possibilia* in systemate cl. A. sunt, quæ quidem respectu *mundi actus* contradictionem non involvunt, ideoque in eo aliter constructo fieri potuissent, & possint: et respectu huius mundi, in quo sunt, per se ratione consecrationis suæ omnino sunt necessaria & fatalia, ut non nisi per solam Dei omnipotentiam absolutam, qua is miracula patret, iisque universi nexum omnium interrumpet, aliter se habere possint; alias vero sint *impossibilia*, seu ita comparata, ut, ea in hoc universo aliter fieri posse, quam sunt, contradictionem involvat. Atque ita hic *possibile* & *impossibile* sensus & hæc applicatio ipsi fato Spinoziano omnino conveniunt. Nec video, quod & cur Spinoza *hæret* acti illa ipsa *possibile* definitio data contraria sit. *Fiat syllogismus:*

Quidquid, ut in hoc mundo fiat, non involvit contradictionem, illud est possibile.

Atqui ea, quæ actu ipso in hoc mundo non sunt, ut in eodem fiant, præsertim a causis liberis, non involvunt contradictionem.

Ergo illa ipsa sunt *possibilia*.

1. Hic propositio maior non solum est cl. Auctoris nostri, sed ipsius etiam Spinozæ. At minorem vi hypotheseos de nexu rerum omnium fatali uterque negat. Conveniunt itaque ut in definitione *possibile* & *impossibile* superficialia, sic etiam in eorundem sensu falso & falsa applicatione.

2. Nec quidquam adversus Spinozam & pro cl. Auctore valet exemplum de mensa rotunda, ita se habens: *Possibile sane est, ut mensa quadrata inducatur figura rotunda, esse forsam nunquam futurum, ut eadem figura eisdem nunquam inducatur.* Nam quemadmodum Spinoza non negat, mensam quadratam, extra nexum causarum abstracte consideratam, fieri posse rotundam: ita ille ipse cum ipso cl. Auctore omnino negat, mensam, quæ in hoc universo actu ipso non fit rotunda, in eodem nunquam fieri potuisse rotundam: atque ita uterque formam rotundam ad impossibilia, quæ contradictionem involvunt, omnino refert, unanimi consensu.

3. Par-

3. Particula *forſan* in verbis paulo ante adductis adhibita non aliter referri poteſt ad ſyſtema cl. Auctoris, quam ſenſu Spinofiano, quo, quæ per ſe connexionem neceſſaria ſunt, nobis, qui nexum iſtum ignoramus, videantur eſſe contingentia.

4. Quando autem vir cl. dicit: *Actus ad poſſibilitatem nihil confert*, vi ſyſtematis ſui actum de diverſis mundis intelligit, inveniens, mentem quadratam quæ in hoc mundo actu ipſo non fit rotunda, potuiſſe tamen in alio mundo formam rotundam accipere, & hoc ſenſu eam eſſe poſſibilem, ita ut actus exiſtentiae in forma quadrata in hoc mundo actui exiſtentiae in forma rotunda in alio mundo non obſtet. At quid hoc eſt aliud, quam ludere in re ſeria, & lectores inexercitatoſ ſophiſmatibus circumagere.

5. Nec ſanioris ſenſus ſunt illa: *Similiter, iuxta noſtram notionem poſſibile fuit ut ſurgerem, cum ſederem: quod Spinofa & fataliſtae minime concedunt, nec ſalva ſua hypotheſi concedere poſſunt.* Quid vero ni? Quod ſi cl. Auctor verba iſta intelligeret obvio, communi & genuino ſenſu, quod, cum ſederet, etiam in hoc ipſo mundo poſſibile fuerit, ut pro lubico ſuo libero ſurrexiſſet, aut non ſederet: differentia inter ipſius & Spinofianum ſyſtema eſſet ſalva. Sed ab iſto ſenſu verba iſta quam longiſſime recedere, univerſa ſyſtematis ratio indicat. Pro iſto enim hic verborum iſtorum eſt ſenſus: *Poſſibile fuit* (nimirum in alio mundo) *ut ſurgerem cum* (in hoc mundo) *ſederem.* En griphum! de hoc vero quemadmodum ſyſtematis huius gnari ne dubitare quidem poſſunt: ita ut eius ignatiores iſtum vel manibus ſuis contrectare poſſint, en unum atque alterum locum, e capitis I. placitis ultimis repetitum!

Wenn es ſeine Wirklichkeit erreichen ſolte daß ich aufſtehe, da ich ſitzen bleibe, ſo müſſte ein ganz anderer Zuſammenhang der Dinge ſeyn, als ſich iſo befindet, der Raum und die Zeit müſſten auf eine ganz andere Weiſe erfüllt ſeyn, als er iſo erfüllet iſt. Da es nun unmöglich iſt, daß einerley Raum und Zeit auf einmal, auf verſchiedene Art erfüllet ſeyn kan, ſo

kan es auch in dieser Welt nicht geschehen, daß ich aufstehe, indem ich sitzen bleibe. §. 573. Hic videt unusquisque, possibilitatem actus contrarii non referri ad liberum hominis arbitrium & ad hunc ipsum mundum, sed ad nexum rerum alium & itidem fatalem plane alius mundi.

Idem comprobant verba proxime antecedentis: Aus diesem erkennet man zugleich, was in unserer Welt wirklich wird, nemlich was in dem Zusammenhange der Dinge, welcher die gegenwärtige Welt ausmacht, gegründet ist. Hingegen was ihm widerspricht, oder in ihm nicht gegründet ist, das kan in dieser Welt nicht geschehen. Was also in dieser Welt möglich ist, das ist entweder schon da gewesen, oder ist noch da, oder wird noch künstlich kommen: hingegen was in dieser Welt unmöglich ist, könnte deswegen wol in einer andern wirklich werden. En ipsam animam & formam fatalis Spinosismi, sed adiuncto isto ingenii lusu de pluralitate mundorum obcedam! Ceterum Postulata Protheoria, cum §. cl. Auctoris haecenus discussa collata, haec omnia, quae iam dicta sunt, confirmant, & ea ita se habere, iam a priori evincunt.

Ad §. VIII.

1. Initia huius §. haec sunt: *Vidimus, quis sit circa notionem possibilitatum dissensus inter me & Spinosam, seu in genere inter eos, qui contingentiam universi admittunt, & illos, qui fatalem necessitatem defendunt.* Nos vero, periti lectores & ego, vidimus, dissensum hic non maiorem intercedere, quam inter Plotinianos & Socinianos, aut quam inter Turcas & Persas in religione intercedit; immo vix quidem tantum, quantus inter hosce posteriores deprehenditur.

2. In exemplo allato, quod propositio: *mensa non habet figuram quadratam, sed possibilis, cum evidens sit, eius figuram quocumque polygonam & rotundam fieri posse,* Auct. cl. confundit necessitatem & contingentiam quatenus sunt affectiones propositionis & entis ipso actu existentis. Spinoza non negat, hanc propositionem, quod mensa figura sit quadrata, contingenter esse ve-

1233

ram; negat vero hanc huius mensuræ figuram, quæ actu ipso quadrata est, contingenter esse quadratam, & hoc ita negat, ut vi systematis sui non possit non contendere, eam pro nexu rerum omnium necessario esse quadratam. Et hoc ipsum est, quod ipse cl. Auctor tueri allaborat.

3. Nec quidquam juvat cl. Auctorem, quod *contingens* cum aliis describat per id, quod esse potest ac non esse, seu quod aliter se habere potest. Nam quod alii genuino sensu, præsertim ad causas liberas relato, referunt ad res singulares in hoc ipso universo, is refert ad ipsam mundi existentiam, & quoad res singulares ad aliud universum; scilicet, omnes huius universi eventus pro contingentiis habet, respectu aliorum universorum, in quibus pro alio nexu se aliter habere possent. Cum vero ex istius hypothese ea, quæ in hoc universo eveniunt, in eodem nequaquam aliter evenire possint, manifestum est, ipsum quasi ludere voce *contingentia*, & ea, respectu ad hoc universum habito, nihil aliud intelligere, quam id, quod in eodem pro consecutionis nexu absolute necessarium est: quemadmodum etiam ex iis, quæ ad §. antecedentem dicta sunt, liquet. Non nulla vero jam lubens prætereo, deinceps propositione sequenti consideranda.

Ad §. IX.

1. Summa prolixi sermonis in eo est, quod vir cl. contra Postulatum VI. contingentiam actualis constitutionis, seu existentia ipsius universi cum contingentia consecutionis (quæ nil nisi immutabilis necessitas est,) confundit, ab ista ad hanc argumentatus. Et hæc argumentatio eo minus valet, quo magis ab ipsius hypothese, de mundi æternitate, ipsa constitutionis existentia contingens abhorret.

2. Ex illa ipsa hypothese etiam concidunt ea, quæ de *libertate Dei* dicuntur. Nec cum eadem consistere possunt, quæ de *finibus rerum* ponuntur. Nam ea non alios admittit fines, quam qui sunt necessarii rerum eventus, ex earundem essentia necessitate nature evoluti. Hi vero, si mundus æter-

cessario, detriantur, non minus sint necessaria, quam eventus consequentes; utpote quæ itidem, tanquam necessarij eventus, pendent a sua fati catena: secundum Postul. X. & eius corollaria.

2. Ecquid enim, secundum locum *primum, rerum concatenatio*, extra quam in hoc mundo nihil fieri possit, est aliud, quam *factum physicum, seu nexus rerum mechanicus, fatalis & necessarius*? Sine quo & extra quem nexum si nihil fit & fieri potest in hoc universo; manifestum est, *omnia & singula esse fatalia*, seu fato subiecta, secundum Postul. X. & eius corollaria. Et hoc ipsum confirmant verba, quæ *ἀπορώ*; sequuntur: *Quicquid igitur in hoc mundo possibile est, illud vel iam adfuit, vel iam adest, vel adhuc futurum est.* Quis hic non videt *τὸ possibile* idem esse ac *necessarium*? Quis non observat, ex hac hypothesis in hoc mundo nihil fieri posse, nisi *quod actu fit, aut iam factum vel adhuc futurum est*? secundum Postul. X. & eius corollaria. Id enim ipsa verba expresse insinuant. Jam vero in confesso est, pro libertate arbitrii humani (ut de libertate arbitrii divini nunc nihil dicam) omnem doctrinæ moralis & ipsius moralitatis nervum in eo esse, ut, quæcunque iure fieri debebant, actu autem neque facta sunt; neque fient, possimus urgere, & ita quidem, ut actu haud facta ipso etiam iure divino possimus requirere, & in eos, qui ista neglexerunt, animadvertere; quo minus autem post hac intermittenda committantur, aut committenda intermittantur, variis præmiorum & poenarum sanctionibus providere ac procurare. At vero si in hoc mundo ratione præteriti nihil fieri potuit, nisi quod pro rerum concatenatione necessaria ipso actu factum est; & si in præsens nihil fit, nisi quod pro eodem nexu actu fieri videmus; nec quidquam posthac fieri poterit, nisi quod eodem fatali nexu fiet; actum est uti de libertate arbitrii, sic etiam de universa doctrina morali, maxime secundum praxin considerata. Quid vero sibi volunt verba iam adductis proxime subiuncta: *E contrario, quæ in hoc mundo sunt impossibilia* (seu ipso actu non fiunt, nec pro rerum concatenatione fatali fieri possunt) *possent nihilominus in alio mundo fieri*

erit. ¹¹ Sic enim si quis male fidus principi, ipsi negle&i officii poenam irrogaturo, secundum hanc philosophiam non solum potest respondere, se ipsi in alio mundo omnem fidelitatem praestitutum fuisse, aut praestitutum esse; sed etiam adversus poenam quam sollemnissime protestari, eamque summæ iniustitiæ postulare, caussatus, a se nihil potuisse fieri, nisi quod, pro re&am concatenatione ab ipso Deo sic praestabilita, actu ipso factum sit; & alias turbandum fuisse huius mundi nexum.

3. Et hanc ipsam necessitatem fatalem contextus loci primi consequens in §. 573. 574. confirmat. Hic enim auctor doctissimus, quod generatim dixerat, speciatim applicat ad *actum sedendi & surgendi*, ita ut istum nequaquam a *libero hominis arbitrio*, sed unice a *fato physico & mechanico* suspendat, negatis, ad *actum surgendi*, quando quis non surrexit hoc aut isto tempore, sed *sedit*, comparatum fuisse universi nexum, & contendens, plane aliam, quam nunc est, rerum concatenationem futuram fuisse necessariam, si is, qui *sedit*, *surrexisset*. Wenn es seine Würcklichkeit erreichen sollte (inquiens, nemlich daß ich aufstehe, da ich sitzen bleibe) so müste ein ganz anderer Zusammenhang der Dinge seyn, als sich igo befindet, das ist der Raum und die Zeit müsten auf eine ganz andere Weise erfüllet seyn, als er igo erfüllet ist. Da es nun unmöglich ist, daß einerley Raum und Zeit auf einmal auf verschiedene Art erfüllet seyn kan, so kan es auch in dieser Welt nicht geschehen, daß ich aufstehe, indẽm ich sitzen bleibe. Quis tantum fati rigorem cum extensione ad motus corporis quoscunque vel inter ipsos Stoicos olim audivit? Nonne hac ratione discipuli ignavi & immorigere, qui, post iteratas pædagogici excitationes, hisce spretis in plumis in multam diem usque commorati sunt, demceps proprio castigationem hac excusatione, tanquam iustissima, excipere ac caussari possunt, non fuisse in *fato*, seu nexu mundi presentis, ut *surgerent*, ideoque fuisse simpliciter impossibile; alias enim factum fuisse; fieri tamen posse, ut vel ipsi, vel alii in alio mundo, pro alia rerum concatenatione, citus surgant. Hæc de loco primo.

4. Ead-

4. Eundem esse sensum *secundi* & reliquorum omnium, quæ brevitatis causa prætermitto, ipsa vel *αυτολεξι* abunde indicant. Obiter hic adhuc moneo, vi huius fati etiam in Deo concidere *prævisionem eventuum hypotheticam*, qua is prævidet, hoc, aut illud, futurum, si hoc, aut istud, a causa agente libera fieret: uti inter alia docet exemplum Davidis, Dominum super *Kegilitis* interrogantis 1. Sam. XXIII. Nam secundum hoc systema nihil fieri potuit, quam quod actu factum est. Unde, cum David actu ipso apud *Kegilitas* non manserit, nec hi ipsum tradiderint Sauli, sequitur, Davidem vi concatenationis rerum omnium apud *Kegilitas* permanere, & hos ipsum Sauli tradere, haud potuisse.

5. Hæc vero *possibilia*, quæ nil nisi mere *necessaria* sunt, natura sic se habens illustrat cl. auctoris definitionem, quam de mundo dedit, quod mundus sit *series possibilium simultaneorum & successivorum, inter se connexorum*. Rat. Prælat. p. 150. Omnem enim possibilitatis rationem & notionem in eo poni, quod mundus hic structuram mechanicam aliamque concatenationem *potuisset* habere, manifestum est. Verbis vero, *inter se connexorum*, fatalem rerum omnium nexum exprimi, iam itidem nemo amplius dubitare potest.

Corollarium.

Quandoquidem *possibilia* cl. auctori nihil sunt aliud, quam *necessaria* & adnexum rerum fatalem pertinentia; *philosophia*, quæ ipsi est *scientia omnium possibilium, qua talium* (Rat. Prælect. p. 107.) vi synonymiz istius est *scientia fati*, seu *rerum nexui fatali obnoxiorum*.

Placitum VII.

De notione contingentium libertati itidem adversa, & ad fatum physico-mechanicum in genere humano relata.

1. Quia mundus est contingens, etiam omnes eius eventus oportet

poterit esse contingentes, nam ejus eventus eveniunt ex eo tantum, quod est. Et ideo necessitas naturæ, quæ ipsi propria est, ejus contingentiam non tollit. Weil die Welt zufällig ist, so müssen auch alle ihre Begebenheiten zufällig seyn, denn ihre Begebenheiten ereignen sich bloß des wegen, weil sie ist. Und demnach hebt die Nothwendigkeit der Natur, die ihnen zugeeignet werden muß, ihre Zufälligkeit nicht auf §. 577. conf. §. 578.

2. Nunc accipimus rectam ideam de contingentibus in mundo. Nempe cognoscimus, eventus contingentes non aliter posse ad existentiam suam pervenire, quam per seriem innumerarum rerum aliarum, quæ ipsos antecesserant & cum ipsis conjunctæ sunt, adeo, ut, quando ipsarum fundamentum indicandum est, illud idem rursus aliud habeat fundamentum SINE FINE. Nun bekommen wir einen rechten Verstand von dem Zufälligen in der Welt. Nämlich wir erkennen, daß zufällige Begebenheiten nicht anders ihre Wirklichkeit erreichen können, als durch eine Reihe unzähliger anderer Dinge, die vor ihnen vorhergegangen, und neben ihnen zugleich sind, dergestalt, daß wenn man ihren Grund anzeigen soll, derselbe immer wieder einen neuen Grund hat ohne Aufhören &c. §. 579. Conf. p. 565, 567. Superfedeo loca plura huc transcribere, vel allegare etiam, cum hæc sufficiant, utpote iam supra allegatis omnino parallela.

DISQUISITIO.

1. *Contingentia*, ad Deum & hominem, causas liberas, relata, pendere a libero Dei & hominis arbitrio, iam, tanquam datum ab omnibus Theologis & Philosophis, secundum Postul. VII. suppono.

2. Manifestum vero est, a cl. Auctore nostro omnem *contingentiae* notionem unice referri ad solam huius universi existentiam, seu constitutionem, scilicet quod ea non fuerit necessaria, sed potuerit aliter esse: post eiusdem actualem constitutionem vero *contingentia* omnia esse necessaria, seu nihil

hil aliter evenire posse, quam eveniat, etiam in minimis; nec quidquam hic suspendi a libero causarum liberarum arbitrio, sed referri omnia ac singula ad fatum nexus mechanici Stoicorum & Spinozianum; adeo ut vel minima veri nominis contingentia, ad causas liberas relata, plane alium mundum a parte post effectura esse statuatur. Id quod si non est omnem stricte sic dictam *contingentiam* penitus a fato physico-mechanico suspendere, & actiones liberas causarum liberarum cum ipsa libertate simpliciter tollere, & absolutum fatum statuminare, libertas, & fatum non sunt, quod sunt. Considerentur Postulata VI. VII. VIII. IX. X. cum suis scholiis & corollariis: quibus hic applicatis omnia erunt manifesta.

3. Quis vero contingentia huius, h. e. fati absoluti, quo a minima alicuius eventus, etiam in se vilissimi, mutatione ea, quæ ab ipso eius actu diversa est, fit conclusio ad plane alium rerum in universo nexum, quem omnibus temporibus præcessisse oporteat; quis, inquam, huius fati naturam non videt? Nam e. g. si pisciculus aqua extractus, qui igni admotus hodie hora octava expirat, iam hora sexta expirasset, mundus hic præsens, ex hypothese, aut non potuisset esse, qui est, nec quidquam, quod in eo unquam evenit, (e. g. expeditiones Alexandri M. everio Carthaginiæ, cædes Julii Cæsaris, detectio Americæ) potuisset evenire, aut transiisset in alium plane mechanici nexum, ita ut in perpetuum plane alios habiturus esset eventus, quam re vera habebit, v. g. tunc nec Jenæ, nec Halæ per instans semestre hibernum haberentur istæ lectiones, quæ nunc habebuntur. Idem etiam ex hypothese valeret, si ego vel unicam vocem in hac huius placiti plusquam Stoici disquisitione aliter, aut citius vel ferius, posuissem, quam posui.

4. Ad argumentationem illam in loco primo: *Quia mundus est contingens, etiam omnes eius eventus oportet esse contingentes*, quod attinet; illud in formam logicam redactum laborat vitio materiae, ita se habens: *Quacunque machina est contingens, (ita ut potuerit aliter construi) etiam etiam omnes eventus sunt contingentes (ita ut post ipsam*
con-

constructionem possint in ista aliter evenire, quam eveniunt.)

Atqui mundi machina est contingens &c. Ergo. Quis hic non videt falsitatem propositionis maioris? Etenim a contingentia structure, seu constitutionis actualis, non valet consequentia ad contingentiam eventuum, seu consecutionis, secundum Postul. VII. Structura quidem huius universi a causa libera facta est contingenter: at quia ex hypothese est mere mechanica, eventus eius non amplius referendi sunt ad contingentem constructionem, sed ad machinam iam constructam, atque ita respectu machinæ non sunt contingentes, sed necessarii, ita ut impossibile sit, eos in hac machina aliter evenire, quam eveniunt. Et hoc est, quod de eventibus mundi ipse cl. Auctor identidem inculcat, scilicet impossibile esse, ut in hoc mundo non eveniant, aliorum, aut mutatorum, eventuum possibilitate ad alium plane mundum ablegata. Præterea genere humano, quod a Deo libertate præditum est, plane est indignum, quando ita ad universi huius machinam refertur, ut eius partem constituat. Ad machinam vero istud referri, & sic libertatem eiusdem tolli, universa systematis series docet. Nam in placiti antecedentis disquisitione iam vidimus, inter alia eo referri actus sedendi & surgendi, & membrum aliquod corporis movendi, ita ut isti, hominis regimini libero plane abjudicati, ad solum nexum rerum physico-mechanicum adstringantur. Plura occurrunt deinceps Cap. II, ubi videbimus, ipsam etiam rationalem oris loquelam & calami scripturam, regimini animæ abiudicatam, soli mechanico facto tribui.

5. Et cum nemo nesciat, ea, quæ fiunt necessitate natura, etsi natura ipsa contingens sit, fieri non hypothetica aliqua, sed absoluta necessitate, seu absoluta immutabilitate, secundum Postul. IX. & eius corollaria; cl. Auctor contingentibus, etiam ad causas liberas, seu ad genus humanum, applicatis, uti loco primo allegato vidimus, illam ipsam naturæ necessitatem tribuit, tanquam ipsis propriam, omnia

rantum ex eo, *quod mundus machina est*, deriuans, quando: Ihre Begebenheiten, inquit, ereignen sich bloß deswegen (non ac si causæ liberæ aliquid potestatis in ea esset, sed quia est) weil sie ist. Quando vero negat, ista naturæ necessitate tolli contingentia, hæc omnia, & ea etiam, quæ a causis libere agentibus dependent, sine ullo discrimine in *mere necessaria* conuerit, contingentia existentis machinæ cum eventibus machinæ iam constructæ non contingentibus, sed necessariis, contra Postulatum VI. confusa & iplo humano genere ad vniuersi machinam relato.

6. Cum ex hac disquisitione, cum Postulatis Protheoriæ, præcipue VII. & seqq. collata, luce meridiana clarius sit, Auctorem doctissimum contingentia plane aliena notione accipere, & sub hac nexum suum fatalem ipsumque fatum physico-mechanicum, ad ipsas etiam causas liberas applicatum, tanquam dogma theologis & philosophis receptum, proponere; mirabitur procul dubio unusquisque cordatus lector, quod, post istam notionum confusionem & mutationem, proxime ita pergat: Nun bekommen wir einen rechten Verstand von dem zufälligen in der Welt. Nämlich wir erkennen, daß zufällige Begebenheiten nicht anders ihre Wirklichkeit erreichen können, als durch eine Reihe unzähliger anderer Dinge, die vor ihnen vorhergegangen, und neben ihnen zugleich sind, dergestalt, daß, wenn man ihren Grund anzeigen soll, derselbe immer wieder einen neuen Grund hat ohne Aufhören. §. 579.

7. Videamus hic parallelismum aliquem systematis Spinoziani & Leenhofiani in *Historia Spinozismi Leenhofiani*, a cl. G. FRID. JENICHENIO edita, p. 95.

Fundamentum & caput sententiæ Leenhofianæ in uniuersum ad hæc momenta redit:

I. *Aeternum & necessarium esse in rebus mundanis omnibus causarum nexum; quemque omnes, qui beati esse velint, læto & sibi relicto animo agnoscere necessum habeant.*

II. *Omnia, quæcumque sunt, ex certis legibus causisque secundis*

dis permanere, utut nexus caussarum non statim pervideri possit. Hincque

III. Deum non nisi sensu improprio ut regem, ut legislatorem, at dominum & ut judicem, a prophetis & apostolis in codice sacro describi: quia auctor scripturae saerae se ad vulgi captam accommodaverit, qui sibi Deum non aliter, quam ut regem, throno suo insidentem; ut judicem unicuique secundum opera sua remunerantem possit concipere; quum ceteroquin sensus sibi relicti nullas leges civiles admittant, nullumque talem Deum, qui universi terrarum orbis vel rex, vel legislator, vel iudex sit, vero proprioque significato possint comprehendere. Vnde

IV. Scripturam sacram ea saltem fini ab hominibus quibusdam non improbis fuisse conscriptam, non ut divina & caeco assensu amplectenda omnibus norma existeret, sed ut ad summam rerum felicitatem, letitiam & tranquillitatem, viam, per amicitiae & obedientiae vinculum, monstraret. At quam propterea

V. Omnes in universo terrarum orbe tum actiones, tum operationes essentiales saltem sint caussarum proximarum effectus, ex aeterno naturae ordine profuentes: inde eos, qui felices esse velint, quietos unice & letos esse debere in omnibus actionibus suis & nunquam anxios, aut tristes: quod alias omnis anxietas & sollicitudo murmuratio futura sit adversus aeternum ordinem naturae, quam DEVM LEENHOFII esse omnes eius antagonistae uno ore conclamant.

8. In hypothesebus duabus prioribus de fatali rerum omnium necessitate esse parallelismum aliquem, seu manifestam harmoniam utriusque systematis Spinoziano - Leenhofiani & Leibnitiani, nemo non videt. Ad ipsum vero Spinozam quod attinet, ille quidem expresse negat, dari contingentiam, contendens, rem aliquam nulla alia de causa contingentem dici, nisi respectu defectus nostrae cognitionis, seu nos eam contingentem, vel possibilem, vocare, quod ordo caussarum nos lateat. Ethic. p. 30. & eventuum necessitatem ex ipsa Dei natura & hypothese de unica & aeterna substantia derivat: interea tamen in systemate Leibnitiano sic dicta contingentia & possiblea tantum nominatenus conceduntur, re autem ipsa nihil sunt aliud, quam necessaria & fatalia

Spinosa, etsi e principio alio, nimirum mechanicæ consecutionis, deducta, secundum Postul. X.

9. Tertium vero ac quartum Spinoziano-Leenhofiani systematis principia mihi videntur clavem aliquam præbere conjecturæ, quid sibi clar. Autor noster velit in Commentationis præfatione commemorata illa nova *Anthromomorphistarum*, tanquam a se dissentientium, secta, & quo sensu iis *Anthromorphismum* sibi tantopere invisum tribuat; scilicet sic eos, qui a fato Stoico & physico-mechanico, ipsoque Spinoziano, abhorrent, vocari, & ideo quidem isto nomine insigniri, quod, inter alia, *Dei mandata, interdictiones, comminationes & promissiones, & universam eius potestatem legislatariam ac iudicariam, eiusque executionem*, fatali rerum omnium nexui opponunt, inde argumentati ad libertatem, scilicet quod ista omnia in humano genere *libertatem* supponant, cum de Deo proprie intelligenda sint; etsi simul *θεοπεποιθός*, sensu ab omni imperfectiōne remoto. Quæ coniectura mea quantum probabilitatis, vel ipsius *απόδειξως*, gradum attingat, ipsi periti lectores diiudicent. Quod si Auctor cl. illa, & eiusmodi plura verba Metaph. §. 993. quando ad obiectionem e scriptura factam respondet: *Die Schrift zieleet auf die Frömmigkeit, nicht auf die Gelehrsamkeit, und brauchet darzu die Wahrheiten, welche sich für alle Menschen schicken, sie mögen gelehrt, oder ungelehrt seyn, und die unmittelbar einen Bewegungs-Grund des Willens abgeben können*, rectius intelligit, quam Spinoza ista sui systematis: *scripturam non nisi simplicissima docere; nec aliud præter obedientiam intendere; nec de divina natura aliud docere, quam quod homines certa vivendi ratione imitari possint*. Tractat. Theol. Pol. c. VI. & XIII. item in epist. 25. Opp. Posth. p. 458. *Scripturam etiam in istis locutionibus, quibus Deus dicatur de hominum actionibus cognoscere, statuere, iudicare, secundum receptas vulgi locutiones loqui, quia ipse intentum non sit, philosophiam docere, nec homines doctos, sed obtemperantes reddere*. Item epist. 48. p. 541. ubi summa tractatus Theologico-Politici enarratur, *quod Deus se in scriptura ad aptum hominis accommodet, quando, quæ necessa-*
rio

rio evenire debeant, per formam mandati hominibus exponat. Sua ista, inquam, si cl. Auctor rectius intelligit, mihi aliisque erit gratissimum: num vero eadem vi hypothesium suarum rectius intelligere possit; alii viderint, ac simul diiudicent, quænam doctrinæ forma sub tam invisibilibus anthropomorphismi fuga lateat.

EPICRISIS

ad Commentationis Sectionem I. de differentia
nexus rerum sapientis & fatalis neces-
sitatis.

Nervus disputationis versatur in tribus hisce quæstionibus:
1. an nexus ille rerum materialium, quem Auctor cl. in systemate suo statuit, sit sapiens & a fatali necessitate differat?
2. An Commentatio quidquam habeat, quod hanc ipsam differentiam ostendat ac evincat?
3. Anne eadem potius hypothesein de fatali necessitate ipsa confirmet? Hic, quod res est, & quod sentio, aperte eloquar ac demonstrabo.

Propositio I.

Nexus ille rerum materialium, quem philosophiæ Leibnitianæ systema habet, turgetque, non est sapiens, sed ipsa fatalis necessitas.

Demonstratio.

1. A fato illo Stoico & absoluto, cui secundum hoc systema totum hoc universum, & in eo speciatim humanum genus, subicitur, per demonstrationem jam datam supra Placito V.

2. Ab

2. *Ab ea possibilitatem & contingentium descriptione & natura, quæ in hoc systemate nihil, nisi absolutam consecutionis necessitatem denotat & exprimit: uti demonstratum est supra Placito VI. & VII.*

3. *Ab ea perceptionum animæ serie, quæ in nexu necessario & immutabili ponitur, & ex ea animæ natura derivatur, secundum quam anima ob nexus necessitatem habetur pro automato immateriali, & dicitur ipsa naturæ necessitate perceptiones suas in se evolvere: iuxta capitis II. Placitum IV. Unde liquet, genus humanum absoluto fato subiici.*

4. *Ab hypothese de regimine corporis, & speciatim rationalis sermocinationis & scriptionis, animæ simpliciter abiudicato & fato physico-mechanico unice & in solidum adscripto: secundum cap. I. Placitum VI. & VII. Unde eadem fatalis necessitas, cui humanum genus subijcitur, quam liquidissime demonstratur.*

5. *Ab ipsa sic dicta harmonia commercii inter animam & corpus præstabilita. Unde eadem necessitas fatalis speciatim respectu humani generis evincitur, nimirum ut adserta in hoc systemate: secundum Placitum capitis II. nonum.*

Scholium.

Huic fatali & necessario rerum omnium nexui accommodatæ sunt reliquæ huius systematis hypothes omnes v. g.

Ulla de definitione & natura sic dictorum simplicium ac monadum, secundum cap. I. Placitum I. & II.

Ulla de aternitate & ipsa definitione mundi, secundum cap. I. Placitum III.

Ulla de malo morali ad naturam mundi optimi & perfectissimi relata, secundum cap. I. Placitum IV.

Ulla de definitione animæ humane idealistica secundum, cap. II. Placitum I.

Ulla de unica & imperfectissima animæ facultate mundi representativa: secundum cap. II. Placitum II.

Ulla

Illa de negata unione inter animam & corpus physica & metaphysica asserta, secundum cap. II. Placit. V.

Illa de definitione spiritus generatim, & speciatim Dei, idealistica, secundum cap. III. Plac. II. & III.

Illa de Dei miraculis in regno natura & gratia, secundum cap. III. Plac. VII. & VIII. Reliqua ex eodem systemate huc pertinentia iam prætereo.

Propositio II.

Commentatio nihil habet, quod veram differentiam inter nexum rerum materialium sapientem & fatalem necessitatem ostendat & evincat.

Demonstratio

Posita in observationibus ad Commentationis §§.

Ad §. VI.

Spinoza negat contingentiam huius universi ratione *existentiæ & consecutionis* simul. Et cl. Auctor contingentiam respectu consecutionis in absolutam necessitatem convertit, secundum Coroll. VII. seqq. ideoque ipsius systema a systemate Spinosiano differt in tantum, non in totum, secundum Postul. X. Et ex iisdem Postulatis constat, necessitatem illam consecutionis omnino esse absolutam.

Ad §. VII.

I. *Possibile & impossibile* definitio, sine cl. Auctoris systemate, & secundum systema commune considerata, recte se hic habet. At in applicatione & sensu cl. Auctoris falsa est. Cum enim *possibilia* in communi systemate sint ea, *quæ contradictionem non involvunt*, ideoque, præsertim ad causas liberas relata, *in hoc ipso universo* potuerunt, possunt & poterunt aliter ex-

G

istere,

flere, quam actu ipso existerent, existunt aut existent; *possibilia* in systemate cl. A. sunt, quæ quidem respectu *mundi a-*
ctus contradictionem non involvunt, ideoque in eo aliter
 constructo fieri potuissent, & possint: et respectu huius mundi,
 in quo sunt, per se ratione consecrationis suæ omnino sunt ne-
 cessario & fatali, ut non nisi per solam Dei omnipotentiam ab-
 solutam, qua is miracula patret, iisque universi nexum omnem
 interrumpat, aliter se habere possint; alias vero sint *impossi-*
bia, seu ita comparata, ut, ea in hoc universo aliter fieri posse,
 quam sunt, contradictionem involvat. Atque ita hic *possibi-*
lium & *impossibilium* sensus, & hæc applicatio ipsi facti Spino-
 sano omnino conveniunt. Nec video, quod & cur Spinoza
 systema illa ipsa *possibilium* definitio data contraria sit. Fiet
 syllogismus:

Quidquid, ut in hoc mundo fiat, non involvit contradic-
 tionem, illud est possibile.

Atque ea, quæ actu ipso in hoc mundo non sunt, ut in eo-
 dem fiant, præsertim a causis liberis, non involvunt
 contradictionem.

Ergo illa ipsa sunt *possibilia*.

1. Hic propositio maior non solum est cl. Auctoris nostri,
 sed ipsius etiam Spinozæ. At minorem vi hypotheseos de ne-
 xu rerum omnium fatali uterque negat. Conveniunt itaque
 ut in definitione *possibilium* & *impossibilium* superficialia; sic
 etiam in eorundem sensu falso & falsa applicatione.

2. Nec quidquam adversus Spinozæ & pro cl. Aucto-
 re valet exemplum de mensa rotunda, ita se habens: *Pos-*
sibile sane est, ut mensæ quadratæ inducatur figura rotunda, esse
forſan nunquam futurum, ut eadem figura eidem nunquam induca-
tur. Nam quemadmodum Spinoza non negat, mensam qua-
 dratam, extra nexum causarum abstracte consideratam, fieri
 posse rotundam: ita ille ipse cum ipso cl. Auctore omnino
 negat, mensam, quæ in hoc universo actu ipso non sit rotunda,
 in eodem unquam fieri potuisse rotundam: atque ita uterque
 formam rotundam ad *impossibilia*, quæ contradictionem in-
 volvunt, omnino refert, unanimi consensu.

3. Par-

3. Particula *forſan* in verbis paulo ante adductis adhibita non aliter referri poteſt ad ſyſtema cl. Auctoris, quam ſenſu Spinoſiano, quo, quæ per ſe ob nexum neceſſaria ſunt, nobis, qui nexum iſtum ignoramus, videantur eſſe contingentia.

4. Quando autem vir cl. dicit: *Actus ad poſſibilitatem nihil confert*, vi ſyſtematis ſui actum de diverſis mundis intelligit, innuens, menſam quadratam quæ in hoc mundo actu ipſo non fit rotunda, potuiſſet tamen in alio mundo formam rotundam accipere, & hoc ſenſu eam eſſe poſſibilem, ita ut actus exiſtentia in forma quadrata in hoc mundo actui exiſtentia in forma rotunda in alio mundo non obſtet. At quid hoc eſt aliud, quam ludere in re ſeria, & lectores inexercitatos ſophiſmatibus circumagere.

5. Nec ſanioris ſenſus ſunt illa: *Similiter, iuxta noſtram notionem poſſibile fuit ut ſurgerem, cum ſederem: quod Spinoſa & fataliſtæ minime concedunt, nec ſalva ſua hypotheſi concedere poſſunt.* Quid vero ni? Quod ſi cl. Auctor verba iſta intelligeret obvio, communi & genuino ſenſu, quod, cum ſederit, etiam in hoc ipſo mundo poſſibile fuerit, ut pro lubitu ſuo libero ſurrexiſſet, aut non ſederit: differentia inter ipſius & Spinoſianum ſyſtema eſſet ſalva. Sed ab iſto ſenſu verba iſta quam longiſſime recedere, univerſa ſyſtematis ratio indicat. Pro iſto enim hic verborum iſtorum eſt ſenſus: *Poſſibile fuit* (nimirum in alio mundo) *ut ſurgerem cum* (in hoc mundo) *ſederem.* En griphum! de hoc vero quemadmodum ſyſtematis huius gnari ne dubitare quidem poſſunt: ita ut eius ignariores iſtum vel manibus ſuis contrectare poſſint, en unum atque alterum locum, e capitis I. placitis ultimis repetitum!

Wenn es ſeine Wirklichkeit erreichen ſolte daß ich aufſtehe, da ich ſitzen bleibe, ſo müſſte ein ganz anderer Zuſammenhang der Dinge ſeyn, als ſich iſo befindet, der Raum und die Zeit müſten auf eine ganz andere Weiſe erfüllt ſeyn, als er iſo erfüllt iſt. Da es nun unmöglich iſt, daß einerley Raum und Zeit auf einmal, auf verſchiedene Art erfüllt ſeyn kan, ſo

Es auch in dieser Welt nicht geschehen, daß ich aufstehe, indem ich sitzen bleibe. §. 573. Hic videt unusquisque, possibilitatem actus contrarii non referri ad liberum hominis arbitrium & ad hunc ipsum mundum, sed ad nexum rerum alium & item fatalem plane alius mundi.

Idem comprobant verba proxime antecedentia: Aus diesem erkennet man zugleich, was in unserer Welt wirklich wird, nemlich was in dem Zusammenhange der Dinge, welcher die gegenwertige Welt ausmacht, gegründet ist. Hingegen was ihm widerspricht, oder in ihm nicht gegründet ist, das kan in dieser Welt nicht geschehen. Was also in dieser Welt möglich ist, das ist entweder schon da gewesen, oder ist noch da, oder wird noch künfftig kommen: hingegen was in dieser Welt unmöglich ist, könnte deswegen wol in einer andern wirklich werden. En ipsam animam & formam fatalis Spinosismi, sed adiuncto isto ingenii lusu de pluralitate mundorum obrectam! Ceterum Postulata Protheoria, cum §. cl. Auctoris haecenus discussio collata, hæc omnia, quæ iam dicta sunt, confirmant, & ea ita se habere, iam a priori evincunt.

Ad §. VIII.

1. Initia huius §. hæc sunt: *Vidimus, quis sit circa notionem possibilium dissensus inter me & Spinosam, seu in genere inter eos, qui contingentiam univèrsi admittunt, & illos, qui fatalem necessitatem defendunt.* Nos vero, peritilectores & ego, vidimus, dissensum hic non maiorem intercedere, quam inter Photinianos & Socinianos, aut quam inter Turcas & Perfes in religione intercedit; immo vix quidem tantum, quantus inter hosce posteriores deprehenditur.

2. In exemplo allato, quod propositio: *mensa non habet figuram quadratam, sit possibilis, cum evidens sit, eius figuram quoque polygonam & rotundam fieri posse,* Auct. cl. confundit necessitatem & contingentiam quatenus sunt affectiones propositionis & entis ipso actu existentis. Spinosam non negat, hanc propositionem, quod mensa figura sit quadrata, contingenter esse ve-

ram; negat vero hanc huius mensuræ figuram, quæ actu ipso quadrata est, contingenter esse quadratam, & hoc ita negat, ut vi systematis sui non possit non contendere, eam pro nexu rerum omnium necessario esse quadratam. Et hoc ipsum est, quod ipse cl. Auctor tueri allaborat.

3. Nec quidquam juvat cl. Auctorem, quod *contingens* cum aliis describat per id, quod esse potest ac non esse, seu quod aliter se habere possit. Nam quod alii genuino sensu, præferim ad causas liberas relato, referunt ad res singulares in hoc ipso universo, is refert ad ipsam mundi existentiam, & quoad res singulares ad aliud universum; scilicet, omnes huius universi eventus pro *contingentibus* habet, respectu aliorum universorum, in quibus pro alio nexu se aliter habere possent. Cum vero ex istius hypothese ea, quæ in hoc universo eveniunt, in eodem nequaquam aliter evenire possint, manifestum est, ipsum quasi ludere voce *contingentie*, & ea, respectu ad hoc universum habito, nihil aliud intelligere, quam id, quod in eodem pro consecutionis nexu absolute necessarium est: quemadmodum etiam ex iis, quæ ad §. antecedentem dicta sunt, liquet. Non nulla vero jam lubens prætereo, deinceps propositione sequenti consideranda.

Ad s. IX.

1. Summa prolixi sermonis in eo est, quod vir cl. contra Postulatam VI. contingentiam actualis constitutionis, seu existentie ipsius universi cum contingentia consecutionis (quæ nil nisi immutabilis necessitas est,) confundit, ab ista ad hanc argumentatus. Et hæc argumentatio eo minus valet, quo magis ab ipsius hypothese, de mundi æternitate, ipsa constitutionis existentia contingens abhorret.

2. Ex illa ipsa hypothese etiam concidunt ea, quæ de *libertate Dei* dicuntur. Nec cum eadem consistere possunt, quæ de *finibus rerum* ponuntur. Nam ea non alios admittit fines, quam qui sunt necessarii rerum eventus, ex earundem essentia necessitate nature evoluti. Hi vero, si mundus æter-

nus est, eventuri essent, etiam sine ulla causæ superioris intentione & ordinatione. Certe hoc est, quod athei sciscunt, nec discuti potest, nisi hypothese de mundi æternitate simul discussa. Nec aliter salva esse possunt, quæ de Dei *sapientia* dicuntur.

3. Et cum nullam ullius contingentie, genuino & præsertim ad causas liberas relato, sensu sic dictæ, vestigium secundum Postul. IV. sequi. remaneat in hoc systemate, tamen vir cl. non dubitat scribere: *Nec sane maior in universo concipi potest contingentia, quam quæ a nobis defenditur &c.*

4. Cum falsis vero principiis suis per se concidit hæc conclusio, seu hoc confectarium: *Atque hinc resultat nexus rerum sapiens, quem defendo, ad propulsandum fatum. deficiente acumine adfertur.* Prudens lector potius hoc inde eruet collarium: *Atque hinc resultat nexus rerum fatalis, ad suppressendam libertatem cum acuminis opinione adfertur.* Ceterum quæ hic §. de *miraculis* habet, discutientur Cap. III. Placitis duobus ultimis.

Ad §. X. & XI.

1. In voce *absoluta* ad necessitatem relata esse iusum, & absolutæ necessitatis negatione eandem revera statui, liquet e Postulatis VIII. & proxime sequentibus, ad substratam materiam applicatis.

2. Verum est, *Spinosam non admittere possibilia corpora mundi totalia & partialia, nec aliam eorundem situationem, nisi quæ aliquando existunt, & prout actu collocantur; & cetera pro defectu cognitionis nostræ habere.* Sed hoc ipsum est, in quo cl. Auctor ne tantillum quidem a Spinoza differt; nisi quod possibilitatem aliorum corporum & alius situationis ad *aliud mundum* referat, contendens, nihil in præsentis mundo, pro nexu eiusdem, existere & contingere posse, quam quod actu existit & contingit; uti supra Placitis tribus ultimis percepimus.

3. Quando Spinoza negat, *res ullo alio modo & ordine a Deo*

a Deo produci potuisse, quam productæ sint, nihil aliud asserit, quam ipse cl. Auctor, dum negat, Deum æternas rerum essentias mutare potuisse.

4. Quando Spinoza negat, in rerum natura ullum dari contingens, & adserit, omnia ex necessitate divinæ naturæ determinata esse ad certo modo existendum & operandum: non in re differt, sed in phraseologia. Spinoza negat, dari contingens, & cl. Auctor affirmat, sed ita, ut contingentiæ suæ, quæ in hoc mundo eveniunt, non aliter describat, quam necessaria, Postul. VI. VII. VIII. IX. X. Et quod Spinozæ est e necessitate divinæ naturæ determinari, id in systemate Leibniziano est a Deo vi necessarii & immutabilis nexus præstabiliri. Ex his & antecedentibus monitis reliqua huius §. facile diiudicantur.

5. Et cum §. XI. nihil plane contineat, quam præcedentium repetitionem & collectionem, ad eiusdem dialysin sufficiunt, quæ ad ista iam dicta sunt. Nervus vero observandorum præcipue in eo est, quod, cum Spinoza neget, ea, quæ nunquam fiunt, fieri posse, aut potuisse; hæc quidem cl. Auctor nosse affirmet, sed sensu ad alium mundum, NB. in quo refugium collocat perpetuum, relato. Atque ita in quæstione: anne in hoc universo etiam, quæ actu nec facta sunt, nec fiunt ea, nec essent, tamen fieri potuissent? nihilum discrepat a Spinoza. Uterque enim istud quam constantissime negat. Et eadem fere est ratio reliquarum discrepantiæ specierum. Et nihilo tamen minus manifesta & multiplex perhibetur discrepantiæ. Fungis hæc persuaderi possunt, non hominibus ratione sua recte utentibus. Quis vero cl. Auctori unquam accedet, se recepta theologorum principia & dogmata tueri? Num is recepta theologorum principia & dogmata tuetur, qui in descriptione possibilium, contingentium & necessariorum generali ipsorum verba retinet, sed in sensu plane alieno, & præsertim in alienissima applicatione ad mundos alios, quæ isti de hoc mundo intellexerunt?

Ad §. XII.

1. Quando nostrates Theologi & Philosophi cum D. SCHERZERO scholasticorum canonem metaphysicum *de essentiis rerum æternis* explicarunt, quod *ab æterno nullam involvant contradictionem*, bene se res habet: sed cl. Auctor ideo frustra provocat ad istorum consensum cum principiis & dogmatibus suis, speciatim cum eo, quo vi systematis sui negat, Deum ob huius universi nexum æternum res nonnullas singulares, quæ in eo existunt, eodem salvo potuisse aliter producere, & in eodem quidquam se aliter habere posse, quam se ipso actu habet. Neque hoc ex aliis siue veteribus, siue recentioribus, ecclesiæ theologis probabit. Si quis vero idem statuisset, nullum ab errante veritati præiudicium posset creari.

2. Non ignotum est, quod nonnulli canone illo scholasticorum de æternitate essentialium male intellecto, aut exposito, abusi sint ad suam fati doctrinam stabiliendam. A quo eius abusu quam prope, aut longe, absit. cl. Auctor, ipse noverit, & alii e systemate eius iudicent.

3. Notari hic mereatur, quæ cl. D. WEISMANNUS in *Commentatione Theologica de præiudiciis in providentia Dei contra malum* p. 23. e PETRO POIRETO contra æternam idearum & essentialium necessitatem, ex intellectu Dei malo sensu derivatam, tanquam absoluti fati matrem & originem, & omnis libertatis pestem, refert, ubi inter alia hæc leguntur: *Vivos non nomino: Inter defunctos unus ex iis* (qui istud principium adopraverunt) *erat cl. VOLDERUS, qui ex eo, quod idea necessario & immutabiliter ex intellectu divino sequerentur, eo deuenerat, ut omnem & Deo & hominibus libertatem aperte tolleret: quod & in laudatione eius funebri minime diffitetur cl. GRONOVIVS, quando aliquot eiusdem docti viri principia metaphysica ibi enarrans hoc inter alia recenset, decimum numero: Nullum igitur liberum arbitrium in mente, nullum casum (contingens) in corpora.* Istis autem hanc præmittit epicrisin cl. WEISMANNUS: *Hoc præ*

prætextu mugas suas infucavit Spinoza, Hobbesius & similis fursuris homines, quorum venenum hodie valde grassatur, & instar gangræne serpit.

4. Reliqua huius §. e iam dictis possunt diiudicari. Sic v. g. inter alia illud: *Plures motus æque possibiles sunt: potes enim sedere, potes cubare, potes ambulare &c.* Quod si autem quæras: an motus ab istis, qui ipso actu fiunt, diversi, sint possibiles? id quidem affirmat, sed de alio aliorum nexuum *universo*. Et interea tamen lectori persuadetur admissa verinominis contingentia.

5. Eteadem est ratio istorum: *Quod si libertatis notionem expendamus, satis superque constabit eam, non requirere, ut agens impossibilia efficere possit &c.* Si enim hoc ad systema Leibnitianum applicaveris, *impossibilia* sunt, quæcunque in nexu huius universi non sunt fundata, h. e. veri nominis contingentia, ad causas liberas relata & ipsa libera. Sic necessaria in hoc systemate sunt possibilia, libera impossibilia.

6. Nec prætereundum est sophisma de *Dei* hoc universum eligentis *libertate*. Non enim est quæstio de eo: an Deus hoc universum libere elegerit & produxerit (quæ, quidem libertas cum hypothesi de mundi æternitate consistere nequit) sed de eo: *an in hoc universo iam electo & producto secundum systema Leibnitianum ulla veri nominis libertas supersit?* Hoc est, quod negamus: cl. auctor vero variis coloribus lectori persuadere allaborat, non nescius, actum esse de systemate suo, si constiterit, in eo pro libertate fatalem necessitatem dominari.

7. Quæ cum ita sint, uti alias, ita etiam in hoc §. vir cl. frustra provocat *ad Theologos per leges imperii auctoritatem consecutos*, h. e. Evangelicos, Reformatos & Pontificios, & inter hos præcipue ad Jesuitarum ordinem.

Ad §. XIII.

1. Quando Auctor, cl. eventuum omnium necessitatem a Dei deareto derivat, *voluntatem Dei hypotheticam cum absoluta confundit, permissionem Dei verbo potius, quam re ipsa ad-*

H

mit-

mittens & creaturas statuens *liberat. sine libertate* proprie sic dicta.

2. B. BECHMANNI sententia de *necessitate hypothetica* non parocinatur hypothesebus cl. Autoris; quemadmodum e *Postulata IX.* & eius *corollariis* liquet: Unde simul constat, *eventuum contingentiam*, præsertim ad *causas liberas* relatam, cum *necessitate hypothetica*, qualem cl. Auct. statuit, non consistere.

Ad §. XIV.

1. Nihil hic occurrit, quod non e iam dictis & e *Protho-oria* possit diiudicari.

2. Aliud est *mechanica corporum structura* uti, aliud *mechanismi legibus* subiacere. Illud de causis liberis dici potest, non vero hoc: secundum *Postul. XI.* & eius *corollarium*.

3. *Vi harmonie præstabilite actiones humanas a contingentium numero eximi & reddi necessarias*, capite II. pluribus demonstratur.

4. Syllogismo uni, secundum systema Leibnitianum minus recte formato, hosce duos alios oppono:

Quodcumque ens ita describitur, ut essentia eius posita sit in vi universi initio carentis, seu æterni, idealistica seu representativa, adeo ut hinc definitur per substantiam universi representativam, illud non est liberum libera voluntatis, ita ut circa hoc universum libere versetur.

Atqui Deus. Ergo.

Quodcumque ens est substantia huius universi representativa, seu idealistica, & ita quidem ut tota eius essentia in facultate ista idealistica posita sit, & quod præterea est automatum, representationes universi ex ipsa sua essentia, seu necessitate nature in necessaria serie evolvens, ac regimine omnium corpus organicum destitutum, adeo ut motibus eius resistere nequeat, sed his ideis immutabili nexu accommodet, illud non est liberum.

Atqui anima hominis. Ergo.

Propositio maior in utroque syllogismo est manifesta veritatis, minor est cl. Auctoris. Ergo eiusdem est etiam conclusio.

clusionem admittere, aut ex eiusdem falsitate falsitatem propositionis suæ minoris utriusque agnoscere, secundum Protheoriae *Postulatam* XII. & *Proposit.* II. Ceterum nonnulla huius §. deinceps in *Proposit.* III. excutientur.

Ad §. XV.

1. Exemplum ab *horologio & artifice* desumptum, & systemati Leibnitiano uti accommodatum, ita etiam familiarissimum, eo minus hic in applicatione ad mundum & Deum ex toto quadrat, quo manifestius est, ipsas etiam causas liberas huius universi machinæ, tanquam mero automato, ut eius partes hic annumerari. Omne simile etiam in certis momentis est dissimile. Simile de horologio & artifice ita adhibendum est, ut etiam similia ista, quæ ab *administratione regni & ab oeconomia* desumuntur, & in sacris litteris ab ipso Deo identidem adhibentur, in applicatione salva sint.

2. Scribit cl. Auctor: *haud facile vereor, ne in extollenda sapientia & potentia Dei sim nimius.* Sed ut de potentia, cui hypothesis de mundi æternitate non parum obstat, nihil nunc dicam, *sapientia Dei cum fato & cum hypothesebus sanctitati Dei maxime adversis coniuncta, definit Dei esse sapientia & atheorum ludibrio exponitur.*

3. *Contingentiam & libertatem cum ea necessitate hypothetica*, qualem systema Leibnitianum, a sensu theologorum genuino plane abhorrentem propugnat, non consistere, uti hic perhibetur, liquet e *Protheoriae Postulato* IX. & eius *corollariis.*

4. Inter hypotheses extremas, nempe illam de *precibus eum apud Deum effectum habentibus*, ut totius universi nexum, in quantum is ad rationem ordinati systematis pertinet, interturbet, & istam de *precibus*, tanquam ad automati consecutionem necessariam pertinentibus, uti fert sic dicta harmonia præstabilita, datur tertium, quod omnes genuini nominis theologo ac philosophi tuerentur: de quo egi in *caussa Dei & religionis naturalis* Sect. III. p. 208. seqq.

5. Afferit quidem vir cl. *se philosophemata sua non nisi de regno nature, nequaquam vero de regno gratie, intelligere*, addens:

Philosophus enim in iis acquiescit, quæ naturalis luminis vi delectantur: quæ autem divinitus revelata e scripturis sacris hauriuntur, ea Theologis discutienda relinquit. Ego vero cum omnibus illis, qui commune systema, quod universi generis humani est, tuentur, in medium productis multis argumentis recte & valide nego, systematis Leibnitiani philosophemata, isti contraria, sanæ rationi esse consentanea & vi luminis naturalis detecta: & præterea non sine validis rationibus affirmavi, ea ipsa scripturæ sacræ valde esse contraria. Fundamento itaque caret provocatio ad consensum Theologorum, *quorum per leges imperii stet auctoritas:* quam phrasin identidem repetitam ipsi cl. Auctori relinquo, meliore sensu accipiendam.

6. Ad verba: *quod existentia necessaria sit attributum essentiae divinæ cum eadem reciprocabile;* hoc moneo, quod si ad hypothesein de *æternitate mundi* applicentur, periculosum gignant confectarium, scilicet, mundum æternum esse attributum essentiae divinæ; immo Deum ipsum, cum Dei essentia reciprocabilem: consequentiæ ratio in eo est, quod, quæ æterna sunt, sunt necessaria & a se ipsis.

Ad §. XVI.

1. Falsum omnino est, Spinosam ideo damnatum non esse, *quod dixerit, naturaliter contingens existere non posse, nisi per nexum, seu ordinem infinitarum causarum.* In hoc enim Spinosiano placito est error triplex ac grandis: primus, quo *naturaliter contingens;* ipsi nihil fuit aliud, quam absolute necessarium; secundus de regressu causarum in infinitum mundi æternitatem ipsumque atheismum supponente, voce *infinitum* non pro *indefinito*, sed pro eo, quod simpliciter infinitum ac æternum est, accepta. Tertius denique in eo, quod infinito isti causarum nexui ipsum genus humanum subiiciat, ideoque eisdem libertatem omnem abiudicet. Triplicem hunc errorem latere, immo patere, in placito illo Spinosiano, norunt omnes, quotquot eius systema vel a limine salutarunt. Quare, quando Auctor cl. effatum istud pro innocenti declarat, causæ suæ non bene consulit.

2. Et hac in re Philosophum ac Medicum Academiae nostrae celeberrimum, HOFFMANNUM, hic in partes advocatum, assentientem habet nequaquam; quemadmodum huius principia diversissima, ut de dissensu privatim verbis declarato, nihil dicam, doceant. Quod si vero cl. Auctor regressum, quem Spinoza, ut mox ipse fatetur, de *actu ipso* intelligit, tantum sensu quodam hypothetico accipit; ecur Spinosam in effato suo tam manifeste erroneo a noxa absolvit, negans, eum ideo non damnatum esse. Etsi enim haec non fuit sola damnationis causa; fuit tamen una e praecipuis. Ceterum ea, quae § XVII. de definitione Dei occurrunt, infra cap. III. discutientur.

Propositio III.

Sic dicta COMMENTATIO LUCULENTA adeo nihil habet, quod veram differentiam inter nexum rerum materialium sapientem & fatalem necessitatem evincat, ut ipsa potius fatalis necessitatis defensionem moliatur, protestationi ipso facto directe & manifeste contrariam.

Demonstratio.

Hoc iam liquet ex ipsa hac, quam haecenus ad singulos commentationis §§. dedi, epistola. Idem multo adhuc evidenterius constabit ex iis, quae deinceps cap. II. ad tentatas harmoniae praestabilitae vindicias in medium adferentur. Ne quid vero dissimulem, in ipsis illis, quas haecenus sub examen vocavi, paragraphis, praeter ea, quae iam monita sunt, adhuc passim deprehenduntur, quae praemissae propositionis veritatem comprobant

bant. Sufficiat, hic tantum aliquot loca sum in finem ponderasse.

Ex §. VII. p. 16.

Sane Spinoza & alii, qui necessitati absolutæ atque fato patrocinantur, possibilitium numerum valde restringunt, cum in eodem iuxta ipsos non sit, nisi quod vel actu est, vel aliquando fuit, vel olim futurum. In hoc effato verissimo tantum illud desidero, quod illi, qui in numero possibilitium nihil, nisi quod actu est, vel aliquando fuit, vel olim futurum est, ponunt, necessitati absolutæ atque fato tantum *patrocinari* dicuntur; cum potius istam cum fato ipso omnino adlerant, *necessariis possibilitium* nomine expressis. Quo effato sic declarato ita argumentor:

Quicumque cum Spinoza in numero possibilitium nihil ponit, nisi quod vel actu est, vel aliquando fuit, vel olim futurum est, ille cum Spinoza necessitati absolutæ atque fato ita patrocinatur, ut hoc cum ista adserat;

Atqui cl. Auctor *Metaphysicæ Leibnitianæ* & sic dicte *Luculentæ* commentationis ita cum Spinoza sentit &c. Ergo idem cum Spinoza statuit &c.

Propositio maior est ipsius cl. Auctoris. Et minor est eiusdem: sed hæc ipsa ut agnoscat, si non ab ipso, tamen a lectoribus, a me probanda est. Jam quidem supra capitis I. Placito V. VI. & VII. minorem probatam dedi: ut tamen occupatum lectorem relectionis & recognitionis fasce levem, quod res est, quam brevissime reperam.

Eine gleiche Bewandnis hat es mit dem nothwendigen. Was in dieser Welt möglich ist / das muß auch kommen / wenn es nicht schon da gewesen / oder noch da ist / und kan unmöglich aussen bleiben. Denn sonst wäre der Grund, den es in dem gegenwärtigen Zusammenhange der Dinge hat, nicht zureichend: welches dem zuwieder wäre, was wir angenommen, und dannhero nicht seyn kan. Auf solche Weise ist es nothwendig ꝛ. Metaphyl. §. 575. Sic etiam §. 572. Aus diesem erkennet man, was in unserer Welt würcklich wird,
nem,

nemlich was in dem Zusammenhange der Dinge, welcher die gegenwärtige Welt ausmacht, gegründet ist. Zingegen was ihm widerspricht, oder in ihm nicht gegründet ist, das kan in dieser Welt nicht geschehen. NB. Was also in dieser Welt möglich ist/ das ist entweder schon da gewesen/ oder ist noch da/ oder wird noch künfftig kommen. Zingegen was in dieser Welt unmöglich ist, könnte deswegen wol in einer andern würcklich werden. Sic §. 573. Es kan in dieser Welt nicht geschehen, daß ich aufstehe, indem ich sitzen bleibe. Item §. 817. Es kan in dieser Welt nicht geschehen, daß ein Mensch den Gebrauch der Arzney unterliesse, der sie einnimmet. Item §. 567. Wofern die geringste Begebenheit in der Welt anders seyn solte, als sie ist, so müste alles in der Welt vorher anders gewesen seyn, und müste auch künfftig alles anders kommen. Und also müste eine ganz andere Welt seyn, als igund ist: gleichwie in einem ähnlichen Fall eine ganz andere Uhe erfordert wird. Præterea alia loca parallela quam plurima.

¶ Jam si quid valet logica & naturalis omnium hominum ratione sua recte utentium, & technica doctorum, immo si quid valet ipse sic dictus sensus communis, manifestum & evidentissimum est, propositionem minorem, ex his locis probatam, propositioni majori, quæ ipsius cl. Auctoris est, tanquam regulæ exemplum, ita respondere, ut vix ovum ovo sit similis. Atque ita verissima est conclusio, cl. Auctorem nostrum in ipso Spinozismo illo partiali, qui secundum Postulatum X. in absolutæ necessitatis fato est, ita suo ipsius argumento constrictum hære, ut nulla alia via, quam quæ in tam manifestæ erroris agnitione & reiectione est, sibi possit consulere.

Ex eodem §. VII.

Tenendum est, dudum agnovisse philosophos, etiam scholasticos, notionem possibilium, quam nos amplectimur, necessitati absolutæ contrariam esse; oppositam vero, quæ possibilitas cum actu in eisdem limitibus coercetur, cum necessitate absoluta adeo firmiter connexam esse, ut uno admissio alteram negari nequeat. En diffé-

767-

rentiam nostræ possibilium nationis, a notione, quam format Spinoza, quam formarunt ante ipsum, quotquot necessitati absolute patrocinati fuerunt.

Aries est hic locus: sed qui, priusquam Leibnitiani systematis murum pulset, a sophismate est liberandus. Affirmat cl. vir, suam possibilium notionem necessitati absolute contrariam esse, & eam, qua possibilitas cum actu iisdem limitibus coerceatur, suæ esse oppositam, nulla alia ductus ratione, quam hæc, qua actus diversitatem, quam ut possibilem admittit, ex hoc mundo, de quo tamen unice questio est, non de alio, ut non ente, ad alium mundum relegat, simul contingentia actualis constitutionis seu existentiae cum contingentia, seu potius necessitate, consecutionis contra *Postulatum VI.* confusa. Quo nodo soluto nunc ita argumentor:

Quæcunque possibilium notio, ita comparata est, ut per eam possibilitas cum actu iisdem limitibus coerceatur, ea, philosophis, etiam scholasticis, dudum agnoscentibus, cum necessitate absoluta adeo firmiter connexa est, ut uno admissio alterum negari nequeat.

Atqui ea possibilium notio, quam cl. Auctor habet, ita comparata est, ut &c.

Ergo.

Propositio maior hic rursus est cl. Auctoris. Et minorem esse eiusdem ex antecedentis argumenti probatione liquet. Atque ita istenetur agnoscere hanc conclusionem, *suam possibilium notionem, philosophis, & inter eos scholasticis etiam dudum agnoscentibus, cum necessitate absoluta adeo firmiter connexam esse, ut uno admissio alterum negari nequeat.* Atque ita epiphonema illud eiusdem: *En differentiam &c.* quam iustissime ita inverto: *En convenientiam huius possibilium notionis cum notione, quam format Spinoza, quam formarunt ante ipsum, quotquot necessitati absolute patrocinati fuerunt;* Immo ipsam stabilitum iverunt.

Ex §. VIII. p. 18. 19.

Fons contingentiae est in determinabilitatis diversitate: & intrin-

intrinsecum absolutæ necessitatis principium est determinabilitatis unicitas, aut, si mavis, immutabilitas. Hinc argumentor:

Quodcunque systema in omnibus rebus & actibus singularibus pro determinabilitatis diversitate habet determinabilitatis unicitatem ac immutabilitatem, ita ut nihil aliter, seu diverso modo, in hoc universo fieri possit, quam ut vi nexus actus ipso fit, illud pro fonte contingentiae & ipsa contingentia habet internum absolutæ necessitatis principium.

Atqui systema cl. Autoris Leibnitianum habet &c. Ergo.

Propositio maior est cl. Auctoris. Et minor eiusdem, uti e probatione argumenti primi iam satis constat, & ex abundantia multo adhuc evidentius constabit ex anatome harmoniæ præstabilitæ, quam caput II. exhibebit.

Ergo tenetur admittere conclusionem, aut ex eius falsitate agnoscere præmissæ suæ minoris, ipsiusque systematis sui, falsitatem, secundum *Postulatum XII. propositione II.* ex superfluo demonstratum. Nec quidquam ipsum juvabit conatus limitandi propositionem maiorem, ut inde minor reddatur ei inconveniens, accepto refugio e determinabilitatis diversitate, quam hoc universum respectu *universitatis* suæ in *existencia contingenti* habeat, aut respectu singularium rerum ac eventuum in *alio mundo* habere possit. Nam quæstio est non de aliis mundis utopicis & non entibus, sed de hoc ipso, in quo & de quo nobis philosophandum est, mundo; nec de eius *existencia*, sed de eius phænomenis; seu, non de contingentia ipsius universi, sed de contingentia eorum, quæ in eo eveniunt, an in illis respectu huius ipsius mundi fit fons contingentiae, aut internum absolutæ necessitatis ac immutabilitatis principium. Atque ita conclusio de fato Spinosiano stat immota, secundum veritatem utriusque præmissarum & secundum *Postulata VI. X.*

Scholium.

Poffem hic e reliquis §§. plura adducere loca & ex iis propositionem meam de Leibnitiani systematis errore &

noxa in absoluta necessitate adhuc operosius demonstrare, & inter alia, in syllogismi formam redacta, urgere illa, quæ vir cl. §. XIV. p. 4. r. tradit, quod, *legibus mechanismi subiacere contingentia adeo non obstat, ut mechanismus potius contingentia fons sit*: item illa, quæ identidem de eventuum omnium necessitate, cum necessaria motuum ferie, quam *horologium* habet, exacte conveniente, traduntur: sed lectori prudenti, immo illis etiam, qui alias in philosophicis minus exercitati sunt, hæc tria loca & ex istis formata totidem argumenta abunde sufficient. Uti nam vir cl. hic in praxi nunc admitteret tritum illud: *errare humanum est*, at in errore perseverare & aliis, ac præsertim academicæ iuventuti, eum, tanquam veritatem principalem, commendare ac adhibitis variis coloribus obtrudere, a philosophia, & multo magis a christianismo, quem cum illa profiteretur, est alienum.

2. Et quando vir cl. multa prædicat de *cosmologia sua metaphysica ac transcendentali, quæ*, tanquam *novam disciplinam condere coeperis*, prudentes mirantur, hanc disciplinæ novitatem, quæ nihil habet, nisi quod iam dudum tradiderunt Spinoza, Wallisius, Hugenius, Leibnitiuss, alii: scilicet SPINOSA; dogma de nexu rerum necessario, seu de fato; WALLISIUS, HUGENIUS, MARIOTTUS, WRENIUS regulas motus; LEIBNITIUS cum nonnullis antiquis philosophis fictiones de simplicibus, seu monadibus tanquam elementis. Istam vero cosmologiam sic contextam *veritates maxime arduas explicare ad mensis humanæ naturæ intimius cognoscendam & de Deo ex lumine rationis accuratiora ratiocinia contexenda*, eiusmodi est effatum, de cuius veritate ex integra hac meâ disquisitione abunde iudicari potest.

CAPVT IL
DE
HOMINE,
& de harmonia commercii inter animam
& corpus præstabilita.

Placitum 1.

De animæ humanæ definitione.

A Nima est substantia universi representativa: cuius differentia specifica fundatur in eo, quod modus representandi universum pendeat a corpore quodam organico & eius in universo situ. Rat. Præl. p. 150.

Item: Das Wesen der Seele bestehet in der Krafft sich die Welt vorzustellen nach dem Stande ihres Leibes in der Welt, und denen daher in den Gliedmaßen der Sinnen sich erzeigenden Veränderungen. Metaphys. §. 1077.

DISQUISITIO.

1. Præcipuus huius definitionis defectus est, quod animæ spiritus immortalis, non describitur a libera voluntate, sed a solo intellectu, & ne ab intellectu quidem toto, sed tantum ab illa eius potentia, secundum quam rerum corporearum ideas in se formare potest.

2. Indignum etiam est animæ natura, præcipue ad agnitionem, cultum & celebrationem Dei, creatoris & legislatoris sui referenda, eam a solo obiecto materiali, & a potentia circa illud occupata, describere.

3. Notandum vero est, definitionem hanc animæ esse idealisticam, seu sic dicto idealismo accommodatam. Cum enim

idealista, scepticorum absurdissimi, realem mundi existentiam negent, & tamen eius representationem habeant in ideis, in hac *ideificatione* essentiam animæ reposuerunt. Vide fundamentum definitionis huius idealisticum inter alia Metaph. §. 942. Wir haben oben erwiesen (h. e. posuimus, seu sumimus) daß die Seele die Welt auſſer sich sehen würde, wenn gleich keine da wäre, ja die würrliche Gegenwart gar nichts beytrage, daß die Seele sich dieselbige vorstelllet, und die *Ideulisten* der Seele weiter keinen Raum, als in den Gedanken der Seele und der Geister einräumen zc. item §. 943. ubi hæc leguntur: Wenn die Welt nicht würrlich da ist, sondern nur durch die Gedanken der Seele bestehet, so ist wol wahr, daß der Grund davon, warum die Seele diese und nicht eine andere Welt sich vorstelllet, in ihrem Wesen zu suchen ist. Conf. Rat. Prælect. p. 145. seqq.

4. Huic vero tam arenoso novæ definitionis fundamento deinceps superstrui videas, quidquid inter alia de rerum corporearum ideis, tanquam sine ullo corporis & sensuum ministerio parabilibus, ponitur, uti iam ex aliquo Metaphysicæ loco percepimus.

5. Neque dicere potest vir clarissimus, hanc animæ definitionem ita esse comparatam, ut inde singula animæ attributa possint derivari. Certe voluntatis facultas inde nulla consequentia potest deduci. Ecquis enim est nexus inter has propositiones: *Anima est substantia universi representativa. Ergo anima habet facultatem liberæ voluntatis.* Definitionis realis proprium esse, ut per iustam consequentiam subministret definiti attributa & propria, nemo nescit. Pro reali autem a cl. Auctore haberi hanc definitionem, inde manifestum est, quia contendit, animæ attributa inde evidenter probari posse, & quia in vi representativa universi ipsam animæ essentiam constituit. Hinc non dicit: vis representativa *perinet ad naturam animæ*, sed: *est ipsa animæ natura & essentia.*

6. Quid dicam de attributis voluntatis ex ista definitione derivandis; cum ne ipsius quidem *intellectus* attributa inde possint derivari. Nemo ulla idonea ratione negabit, præter **facul-**

facultatem ideas recipiendi passivam intellectus esse, a) ut ideas de rebus corporeis in se libere excitet: b) ut excitatione libere utatur ad novas abstractiones, disiunctiones, conjunctiones, comparationes, determinationes, inventiones, ac conclusiones: c) ut integras disciplinas ac scientias mere abstractivas comprehendat: d) ut vitam universam dirigat: e) ut circa res divinas versetur, & ideam de Deo eiusque cultu sibi formet. Jam interrogo omnes philosophos, aliosque logicæ naturalis facultate vel mediocriter instructos, quænam sit connexio, quæ consequentia inter has propositiones:

Anima est substantia universi repræsentativa. Ergo habet facultatem liberam ideas corporeas libere excitandi. Nam si animæ essentia consistit in vi ista repræsentativa, idearum excitatio non fit libere, sed necessario, necessitate naturæ. Et hæc ipsa hypothesis Leibnitiano systemati propria est.

Anima est substantia universi repræsentativa. Ergo habet facultatem liberam iam excitatione libere utendi ad novas abstractiones, disiunctiones &c.

Anima est substantia universi repræsentativa. Ergo habet facultatem liberam integras disciplinas ac scientias mere abstractivas, in quibus universi ideæ nullæ, aut paucæ, sunt, libere comprehendendi; immo eas emendandi, reformandi & multiplicandi.

Anima est substantia universi repræsentativa. Ergo habet facultatem liberam vitam universam libere dirigendi.

Anima est substantia universi repræsentativa. Ergo habet facultatem liberam circa res ab hoc universo plane distinctas & toto genere diversas libere & recte versandi & ideas de Deo eiusque cultu sibi formandi. Vestram fidem, philosophi! an logicæ sint hæc consequentiæ?

Jam cum ne hæc quidem animæ proprietates, quæ ad intellectum pertinent, e natura eius repræsentativa derivari possint, multo minus inde derivabitur facultas libera voluntatis, cum iis, quæ ad voluntatem pertinent. Quæ enim est consequentia, si dixeris: Anima est substantia universi repræsentativa.

va. Ergo habet facultatem, Deum, tanquam summum bonum, non solum agnoscendi, sed etiam colendi, amandi; item virtutem hanc, illam, istam, exercendi & vitium fugiendi, ac in bono vero, tanquam elemento suo, acquiescendi. Certe e pumice citius aquam derivaveris, quam ex isto principio animæ idealistico has conclusiones?

7. Manifestum itaque est, definitionem hanc non desumptam esse ex ipsa rei natura, sed ex systemate jam formato, aut effectam esse ad systema formandum. In hoc enim cum *libertati* proprie sic dictæ ac *liberæ voluntati* locus esset nullus, eiusmodi definitio animæ cudenda erat, quæ huic systemati conveniret. Definitiones vero desumendas esse rerum natura intime perspecta, & e definitionibus iustis concinnandum esse systema, quis nescit? Sed hic inversus est iste ordo. Videbimus nunc, quomodo cl. Auctor falsa hac animæ definitione utatur ad unicam in ea facultatem statuendam.

Placitum II.

De unica, eaque imperfectissima, animæ facultate.

Cum anima sit ens simplex, in ente simplici vero partes esse nequeant, ideo nec in anima multæ inter se differentes facultates esse possunt; siquidem alias unaquæque facultas peculiare per se subsistens ens requireret, cui competeret. Atque ita in anima TANTUM EST UNICA facultas, a qua omnes eius mutationes oriuntur; etsi eam propter diversas mutationes diversis nominibus appellare solemus.

Da die Seele ein einfaches Ding ist, in einem einfachen Dinge aber keine Theile seyn können, so können auch nicht in der Seele viele von einander unterschiedene Kräfte anzutreffen seyn, indem sonst iede Kräfte ein besonders vor sich bestehendes Ding erforderte, dem sie zuläme. Und also ist in
der

der Seele nur eine einzige Krafft, von der alle ihre Veränderungen herkommen zc. §. 745. conf. 746.

Cum anima tantum UNICAM habeat facultatem, unde omnes eius mutationes dependent, oportet ab hac facultate, qua mundum sibi representat, omnia reliqua oriri, quae in ea mutari deprehendimus. Da die Seele nur eine einzige Krafft hat, von der alle ihre Veränderungen herkommen, so muß von dieser Krafft, dadurch sie sich die Welt vorstellet, auch alle das übrige hervörühren, was wir in ihr veränderliches wahrnehmen. §. 754. Sic §. 755. Weil diese Krafft der Grund ist von allem demjenigen, was veränderliches in der Seel vorgehet, so besteht in ihr das Wesen der Seele & §. 758. Was in dieser Krafft nicht gegründet ist, das folget nicht aus dem Wesen und der Natur der Seel, und ist demnach in Ansehung der Seele übernatürlich.

Item: In anima nihil deprehendimus, quam facultatem mundum sibi representandi: & hoc illud ipsum est, quod in ea perdurat, & facit, ut sit ens per se subsistens. Wir treffen in der Seele nichts weiter an, als die Krafft sich die Welt vorzustellen, und diese ist dasjenige, so in ihr fort dauret, und sie zu einem vor sich bestehenden Wesen machet. §. 784. conf. §. 802.

DISQUISITIO.

1. Hic videmus, ol. Auctorem in sua animæ definitione non ita expressisse facultatem eius *unam* (quamquam ne unaquidem intellectus facultas recte & digne expressa sit) ut *altera* sit salva; sed eum referre *omnia* ad *unicam* istam, adeo ut neget, præter *eam quicquam in anima deprehendi*, contendatque omnes animæ proprietates *inde derivari*. Id quod logice esse impossibile, iam ostensum est. Manifestum itaque est, systema hoc non aecommodatum esse animæ naturæ ac proprietatibus, sed animæ naturam systemati: id quod quia libertati voluntatis, immo etiam intellectus ipsius, locum

non

non relinquebat, huic hypothefi accommodanda erat animæ definitio & definitionis applicatio.

2. Si vera est propositio maior: *Quidquid in facultate animæ repræfentativa non fundatum est, id non elicitur ex anima, nec ad animam pertinet*, secundum §§. allegatos; inde resultat conclusio: *Ergo nec libertas intellectus, nec libertas voluntatis, immo nec voluntas ipsa elicitur ex anima, nec pertinet ad animam*. Ratio confequentiæ, jam in antecedenti placito offensa, in eo est, quod ex hypothefi hæc ipsa in facultate animæ repræfentativa fundata haud sint, nec inde derivari possint.

3. Utrum vero argumentatio ulla esse possit minus logica, quam ista §. 74. logici iudicent. Etenim a *partium materialium*, quæ divisibiles sunt, nec spiritibus simplicibus competunt, negatione argumentatur vir clar. ad negationem *peculiarium & mere spiritualium animæ facultatum*: *Cum anima, inquit, sit ens simplex, in ente simplici autem PARTES (nempe materiales) esse nequeant, ideo nec in anima multæ (de duabus tantum quæstio est) FACULTATES (nimirum mere spirituales) inter se differentes esse possunt; siquidem alias unaquæque facultas peculiare & per se subsistens ens requireret, cui competeret*. Certe hæc argumentatio eiusdem commatis est, ac si ita philosopharer: *Cum materia, seu corpus, non habeat diversas facultates spirituales, intellectum & facultatem; utpote quæ in ente composito locum non habent: ideo nec in materia & corpore multæ sunt partes; siquidem alias unaquæque pars peculiare & per se subsistens ens requireret*.

EPICRISIS

Ad Commentationis §. XXII. de definitione & unica facultate animæ.

1. *Hæc vis animæ repræfentativa, quatenus primum est, quod in anima concipitur, & unde ceterorum, quæ insunt, aut esse*

in esse possunt, ratio derivatur, dicitur a me conceptus mentis formalis, seu essentia eius. At ceterorum ratio inde derivari nequit. Ergo nec est conceptus mentis formalis, nec essentia eius.

2. *Sunt, qui sibi persuadent, animam sic fieri mere passivam, consequenter quod careat libertate veri nominis.* Ita est: & ista persuasio est demonstrativa, cum convictione coniuncta.

3. *Si systema commune influxus defenderem, ubi mens, cum ideæ rerum materialium vi corporis producantur, se mere passive habet; cum veri quadam specie dici poterat, animam videri ens mere passivum, quod ipsa etiam determinatio voluntatis a passivo originem ducat.* Sed ad hoc dubium non mihi, sed communis systematis defensoribus respondendum est. Quidni vero ante omnia cl. Auctori? nimirum, cur nodum quærat in scirpo, & ut hunc ostendere possit, cur describat scirpum, qui non est in rerum natura? Omnibus non solum philosophis, sed reliquis etiam hominibus, qui non sunt domi suæ hospites, notissimum est, in communi systemate animam præter facultatem illam passivam, subsidio organorum corporis rerum corporearum ideas recipiendi, quæ facultas animæ, speciatim intellectus, omnium minima, seu tantum secundaria est, non solum in intellectu habere *facultatem activam* receptis istis ideis, diversissimis modis, tanquam numeris in arithmetica, liberrime utendi, sed etiam res mere intellectuales & divinas, a rebus corporeis plane distinctas, libere comprehendendi, & Deum ipsum cognoscendi: immo totam animæ voluntatem cum proprietatibus suis præcipue ac maxime sitam esse in *libera activitate*. Hæc omnia in communi systemate sunt veritatis exploratissimæ & notissimæ. Sed his omnibus studio prætermis- sis, vir doctissimus, ut istud argumentationis telum, quo systema suum discuti sentiebat, in dissentientes retorqueat, provocat ad id, quod secundum commune systema in anima tantum secundarium & cum reliquis eius proprietatibus essentialibus vix comparandum est. Miror, ipsum pro suo, quod

K.

sibi

sibi ubique tribuit, acumine plane singulari, hanc responsionem non prævidisse, aut prævisam non æstimasse.

4. *Enim vero quoniam in systemate harmonia præstabilitæ mens vi sibi propria mutat statum suum, dum perceptiones variantur, eadem in idearum productione active se habet, atque ad eo, cum cetera ex eadem vi deriventur, omnia a principio activo deducuntur.* Tam speciosa hæc sunt, ut falli possit imperitus & incautus. Non est quæstio: an in systemate Leibnitiano animæ omnis activitas denegetur, ea etiam, quæ automatis certo modo competit, & in nuda spontaneitate consistit: hoc enim nemo dixerit: potius spontanea automatorum activitas ista est illud ipsum, in quo istius systematis vitium est. Sed quæritur: an in eo animæ denegetur *activitas naturæ ἐξοχῆς* talis & libera? Hoc est, quod dissentientes affirmant ac demonstrant. Cl. Auctor vero contrarium probaturus provocat ad activitatem illam sensus prioris, in qua tamen ipse defectus est. Nam secundum hanc mens vi sibi propria non aliter mutat statum suum, suasque perceptiones varias, quam horologium suum statum suaque phænomena, structuræ suæ convenientia. *Cetera vero animæ facultate representativa derivari posse*, iam recte negatum est. Mirum est, quæ veri specie cl. Auctor Commentat. §. II. p. 3. scribere potuerit, se *distinctam mentis humanæ cognitionem tradidisse, & omnes eius facultates a priori ex unico conceptu deduxisse, quod antea nemo fuerit ausus.*

5. *Viderunt hanc systematis Leibnitiani prærogativam dubio procul, qui cum cel. TOURNEMIMIO, Jesuita Gallo, ideo corpori in animam actionem denegarunt, etsi animæ in corpus agendi vim reliquerint.* Nemo unquam, quod sciam, inter veteres & recentiores existit, qui secundum systema commune corpori eandem & æqualem vim operandi tribuit in animam, quam animæ habet in corpus. Unde, quando Jesuita ille non eandem corpori vim in animam tribuit, potius secutus est systema commune, quam Leibnitianum, cuius prærogativa nusquam compareret. *Est tamen, rem ita se habere. Quid tum? quid præstiterit in auctoritate unius philosophi Jesuitæ?*

6. *Si adeo veri nominis libertas non est, quae a principio a-*
ctivo originem ducit: videant, qui hoc statuunt, quo modo monstra-
re possint in communi systemate influxus adesse veri nominis liberta-
tem, ne se proprio gladio, quod nos minime ferit, jugulent. Di-
 ctum, factum. Videant. Vidimus: & demonstratio facta
 iam est. Cl. vero Auctor videat, quomodo demonstret, suam
 systematis communis descriptionem, paulo ante datam, regulis
 doctrinae logicae & moralis esse conformem. Gladius vero ar-
 gumenti Anti-Leibnitiani an feriat, nec ne, alii judicent.
 Gladius, qui minime ferit, cl. Commentatoris est.

7 *Qui se controversiis philosophicis, praesertim metaphysi-*
cis, immiscere voluerit, eum veternum, non novitium esse oportet
in studio philosophiae, & potentem, qui aliorum sententias accur-
tis analysibus advivum refecet, nec ante statuat, quam singula ad
rationis trutinam exegerit. Et merito quidem. Nec ego pro-
 barem eiusmodi advenam ac hospitem: quemadmodum lau-
 dare haud possum, quando aliquis, qui se pro veterano & po-
 tenti in metaphysicis gerit, se novitium praestat, qui antea sta-
 tuat scribatque, quam singula ad rationis trutinam exe-
 git. Ut de analysi sententiae de passivitate animae in systemate
 communi nihil dicam.

8. *Quando vero menti, tanquam substantiae simplici, non ni-*
si unicum agendi vim tribuo, & diversas, quae ipsi vulgo tribuan-
tur, facultates & non nisi nudas agendi possibilitates denotant, ab
ea derivo, tanquam possibile ab actuali; videor non nullis faculta-
tes realiter distinctas confundere in unum, immo praeter faculta-
tem percipiendi non aliam admittere in anima, mira consequen-
tiae novae logicae, quae liberioris titulo ornatur, omnem vim acti-
vam & libertatem evertere, immortalitatem animae ac omnem
religionem destruere, immo omnia in anima ad meram passivita-
tem fuso absoluto & inevitabili subiectam reducere. Aequis re-
rum estimatoribus non liberior, sed liberrima videbitur haec lo-
gica, vicinas eiusmodi consequentiae neccuntur, uspothegulli

omnibus saluta. a) Diversas animæ facultates in unica ista vi universi repræsentativa ita contineri, ut inde derivari possint, nulla consequentia, quæ iusta & evidens sit, unquam probabitur. b) Facultas *voluntatis an nil nisi nuda agendi possibilitas sit*, speciatim in vi ista repræsentativa contenta, alii iudicent. Nec enim iam ad vivum refecabo verba: *non nisi nuda agendi possibilitas.* c) Quodsi tantum unica statuenda esset facultas, e qua reliqua omnia deriventur; cur *aliter* voluntatem non posset habere pro ista facultate: siquidem consequentia a voluntate ad intellectum ducta longe est evidentiore, quam ea, quæ ab intellectu, & quidem nude tantum repræsentativo, ad voluntatem ducitur. Quis enim non videt hanc consequentiam: *Anima libere vult*, h. e. cupit, appetit, immo & adversa averfatur, ac fugit, discernit, agit. *Ergo appetenda & fugienda cognoscit.* Ratio consequentiæ est, quia ignoti nulla cupido, nulla fuga. Non quidem suaferim, ut aliquis animam a sola voluntatis facultate definiat; si quis tamen ita definiret, non sine ratione aliqua ita posset philosophari. Cum e contrario e propositione ista idealistica: *anima est substantia universi repræsentativa*, nulla consequentia erui possit hæc propositio: *Ergo habet voluntatem liberam agendi, appetendi, fugiendi &c.* Quid enim si quis ad hanc consequentiam regeat: *voluntas libera*, seu libera facultas agendi, appetendi & fugiendi, non pertinet ad *repræsentationem*; siquidem repræsentatio per se est, certe esse potest, naturæ mere abstractivæ & speculativæ. Et si non pertinet ad repræsentationem, certe nec pertinet ad naturam & essentiam animæ, in vi ista repræsentativa positam. Nonne ad errorem contradicenti eximendum necessarium erit, ut deserto isto principio idealistico is aliunde convincatur? d) Logica illa, quæ negat, e vi repræsentativa derivari posse liberam voluntatis facultatem, & affirmat, vim istam repræsentativam potius passivam esse, quam activam, & quæ, universo Leibniziano systemate in consilium adhibito, præcipue consideratis istis locis, secun-

secundum quæ intellectus activitatem suam non nisi e *necessitate nature* exferit, & quæcum pro automato immateriali habent: quæ, inquam, his consideratis porro affirmat, animam sic descriptam, & speciatim intellectum eius, de tanta libertate subiici absoluto fato, de fato autem dicit, quæ ei conveniunt: illa logica quidem est *libera*, nimirum a præiudiciis, & libere iudicat; non tamen est *liberior*, nedum *liberrima* in notione alienante, & regulis omnibus soluta. Quemadmodum verò e conclusionibus iustis recte diiudicantur præmissæ: sic tamen non pariratione a præmissis ipsis argumentari licet ad præmittentis, seu eas ponentis, intentionem. Interea tamen e conclusionum iustarum noxa præmissarum falsitas agnoscenda est.

9. *Quis animam concipiet tanquam ens compositum ex tot diversis a se invicem substantiis, quot ob diversitatem operationum, seu modificationum, ipsi attribuantur facultates? Quis* Logicus unquam ejusmodi fecit argumentationem: *Titius concipit animam, ut spiritum, non minus voluntate, quam intellectu præditum, & non minus a voluntate libera, quam ab intellectu integro (non sola vi repræsentandi secundaria) describendum. Ergo Titius concipit animam, tanquam ens compositum ex tot diversis a se invicem substantiis, quot &c.* Qualis hæc sit Logica, & quidnam eidem ex Ethica desit, metacontelectores ipsi iudicent.

10. *Qui imaginario modo de eadem loquuntur, istiusmodi fingunt: qui vero substantiam simplicem concipiunt, illi unicam in ea essentiam unicamque vim agnoscunt, & facultates animæ non alio sensu tribuunt, quam quatenus per unicam illam vim variæ essentiae modificationes sunt possibiles. Objectio de modo imaginario per se concidit ex observatione præcedenti. Qui substantiam simplicem recte concipiunt, & conceptum suum non petunt e monadologia Leibnitiana, sed ex ipsa rei natura, per experientiam cognita, illi unicam quidem in ea*

agnoscunt *essentiam*, nimirum *spiritualem*: unde anima ipsi est *spiritus*: sed huic spiritui recte tribuunt duas facultates primarias, *intellectum* & *voluntatem*, nec *voluntatem* habent pro nuda *intellectus* modificatione, nec *intellectum* pro nuda modificatione *voluntatis*.

11. *Quodsi ad eas (modificationes) producendas mens sufficienter determinata est per essentiam, tum quidem agit necessario*: (at anima, quatenus est vis universi repræsentativa, non producit voluntatem liberam, & hinc nec ad eam producendam determinari potest: ergo hic concidit philosophema de *τῷ agere necessario*. Utinam vero actio necessaria ex principio automati non tribueretur animæ!) *iis autem in casibus, ubi per essentiam non sufficienter determinata se ipsam determinat (sed quomodo? nonne uti se determinat automatum? & sic anima omnino per essentiam est determinata, e necessitate naturæ agens) usque hæc determinatio motus spontaneus vulgo vocatur (ubinam vero? & a quibus? certe hoc sensu a nullo in systemate communi; uti fit in systemate Leibnitiano, ideo laboranti) & libertatis essentiam constituit. Absit! absit par omnem modum; secundum Postulatum V. Sic enim automatum, quod, artifice post consummatam structuram non amplius concurrente, nec illud movente, sponse sua movetur, & se ipsum movet, erit ens liberrimum. Absit hæc philosophia Spinozizans in quæstione de libertate animæ! Libertatis essentia nequaquam consistit in spontaneitate, sed in eo arbitrio ac regimine secundum quod, que facta sunt, & sunt, potuerunt & possunt non fieri, & quidem non in alio, sed in hoc ipso mundo, non ab alia, sed ab illa ipsa anima.*

12. *Cui quidem veritati hinc (si libertatis essentia in spontaneitate ponatur) periculum imminet, ego quidem non video. Doleo. Quis hanc confessionem expectasset a tanto philosopho!*

13. *Que enim consequentia necluntur, ex falso fiunt supposito, quod omnia immutabili necessitate sequantur in anima, ipsa-*

psique ad omnes suas modificationes per essentiam determinata sit. Id quod Spinoza dogma est, a me improbatum. Sed quomodo? anne hic verbis magis, quam re ipsa? alii iudicent. Consequentia nexæ quidem sunt e falso supposito. Sed hoc suppositum falsum est ipsum Leibnitiani systematis principium, at mixtis griphis metaphysicis iacrustatum contumque. Accipimus vero hanc confessionem de improbato Spinozæ dogmate: sed sic repudianda erunt Leibnitiani systematis principia.

Qui affectibus indulgens precario sumit, dogmata mea cum Spinozæ hypothesebus convenire, ut exosa reddat tyronibus, quæ non intelligunt; is ex falso mihi imputatis principiis consequentias infert, quæ nec ex meis fluunt, nec a me conceduntur, & quarum contrarium ipsemet luculenter monstravi. Qui istud fecerit, hunc nec ego probaverim, in primis, si cl. Auditori promiscue omnia & singula Spinozæ dogmata tribuerit. Qui vero dixerit, fatum physico-mechanicum absolutum, salva aliqua principiorum diversitate, quoad ipsius rei substantiam, æque esse in Leibnitiano, quam Spinoziano, systemate, is secundum Postulatum X. idem dixerit, ac geometra in trito illo de trigono: quod tres eius anguli duobus rectis sint æquales. Ceterum quæ in Commentatione de definitione Dissequuntur, differo ad cap. III.

Placitum III.

de facultate animæ universi representativa, ne quidem corporis organici ministerio ad formationem idearum de objectis corporeis utente.

Cum corpus NIHIL PLANE ad sensationes animæ conferat; omnes eodem modo sequerentur, ETIAMSI NE MUNDUS

DUS QUIDEM IPSE ADESSET. Da der Leib gar nichts zu den Empfindungen in der Seele beyträget: so würden alle eben so erfolgen, wenn gleich keine Welt vorhanden wäre. *Quod etiam Cartesius agnovit, & dudum ante ipsum idealista, qui nihil nisi animas & spiritus admitterebant, mundo autem nullum locum, nisi in ideis suis relinquebant. Immo ex iis, quæ supra (765) dicta sunt, liquet, nos etiam omnia extra nos visuros, audituros & alio modo percepturos esse, ET SI DE REBUS CORPOREIS EXTRA NOS NIHIL PLANE ADESSET:* daß wir auch alles außer uns sehen, hören, und auf andere Art empfinden würden, wenn auch gleich von körperlichen Dingen außer uns nichts da wäre, §. 777.

Quia anima virtute sua propria sensationes producit: ideo imagines & idee rerum corporearum non extrinsecus in illam inferuntur; sed anima eas re ipsa jam tum in se habet, & eas tantum quasi in ordine cum corpore catenato ex ipsa essentia sua evolvit. Es kommen die Bilder und Begriffe der körperlichen Dinge nicht von außen hinein, sondern die Seele hat sie in der That schon in sich, und wickelt sie nur gleichsam in einer mit dem Leibe zusammen stimmenden Ordnung aus ihrem Wesen heraus. §. 819. conf. §. 819.

Item: *Generatim hic notandum est, quod, quando queritur, cur perceptiones aliæ alias sequantur, nulla alia ratio dari possit, quam cur in mundo alius status rerum corporearum, quas percipimus, sequatur, &c.* Es ist hier überhaupt zu merken, daß wenn man fraget: warum in der Seele eine Empfindung auf die andere folgt, man keinen andern Grund anzeigen kan, als warum in der Welt ein anderer Zustand der körperlichen Dinge, die wir empfinden, etc. folgt. §. 786.

DISQUISITIO.

I. Ideas rerum corporearum fore in anima, ex ipsius es-
sen-

fentia evolutas, et si extra animam *nec ipse mundus*, & per consequens *nec ipsum corpus* animæ organicum, quod visibilis mundi particula quædam est, adesset; est eiusmodi mysterium, immo prodigium idealisticum, quo an ullum aliud sit maius, non immerito dubito. Et cum *mysteria* proprie dicta, qualia nobis doctrina Evangelii revelata exhibet, alias non sint *contra*, sed tantum *supra rationem*; physicum hoc naturæ mysterium, seu prodigium, uti experientiæ omnium hominum universali & perpetuæ repugnat; sic ipsi etiam sanæ rationi contrarium est, ut quod maxime.

2. Quando autem clarissimus Auctor provocat ad *confensum Idealistarum*, quorum erroneis & absurdis hypothesebus totum suum systema accommodavit, male sibi consult. Idealistas enim, qui, uti totius universi corporei, ita etiam ipsorum corporum suorum, realem existentiam, contra experientiam vividissimam & quavis demonstratione geometrica certiozem, negant, scepticorum omnium, quotquot unquam exstiterunt, esse stolidissimos, ideoque nec in numerum philosophorum referendos, omnes sanæ mentis homines in universo genere humano, docti indoctique, quorum posteriorum suffragia hic omnino etiam valent, uno ore confitentur, nec possunt non fateri, æque, ut istud, bis duo esse quatuor. Et CARTESIUS in quantum idealistarum principia est secutus, in tantum a sanæ rationis principio & usu recessit.

3. Quis vero non videt, vi istarum hypothesium, quæ in locis disquisitioni præmissis patent, cogitationes & operationes animæ omnes *e liberis*, sublata libertate, reddi *necessarias*, contra *Postulatum III.* eiusque *corollarium*. Nam a) anima omnes ideas suas, quas de rebus corporeis sibi format, ex ipsa sua essentia evolvere dicitur. Quid autem est aliquid *ex ipsa sua essentia evolvere*, quam *necessitate naturæ evolvere*? b) Ad quæstionem: *cur ideae alie alias sequantur?*

L

ne-

nequaquam fundamentum & principium mutationis & confectionis ponit cl. Auctor in *libertate arbitrii*, sed in *nexus rerum corporearum necessario: nulla alia*, inquit, *ratio indicari potest, quam cur in mundo alius rerum corporearum, quas percipimus, status sequatur*. Atque ita operationes animæ e duplicata procedunt *necessitate*, una *interna ipsius animæ*, altera *externa fati mechanici*, seu corpore extra animam.

4. Et quia hac ratione in anima *passivitas* potius est, quam *activitas*; ideo, quidquid in anima contingit, clarissimo Auctori ordinarie tantum *perceptionum*, *Der Empfindungen*, in quibus *passivitatis* notio est, nomine appellatur.

5. Quod si harum hypothesium fundamentum quaeras, aliud vir doctissimus habet nullum, quam quod in definitione animæ posuit; scilicet eam esse *substantiam hujus universi representativam*. Hoc vero anne sit principium petere; alii viderint. Certe nusquam demonstravit huius definitionis suæ *veritas*, sed eam tantum supposuit systemati suo.

6. Quanto per ab hypothesi communis systematis de unione & communiione duarum substantiarum, animæ & corporis, physica vir clar. recedat, vidimus, & deinceps pluribus videbimus. Et nihilo tamen minus passim deprehendas positiones & locutiones communi systemati proprias. Id quod rerum philosophicarum imperitos, immo peritos etiam, mirum in modum in lecticne fatigat, ut isti in primis nesciant, utrum assertionum genus alteri, tanquam normam genuini sensus, præferre debeant. Peritiores autem, quid hic sublit causæ, facile perspiciunt. Huius generis sunt ista, quando *Rat. prælect.* p. 150. in ipsa animæ definitione dicitur, *modum representandi universum PENDERE a corpore organico & ejus in universo situ*. Sic *Metaph.* §. 219. *Cogitationes nostræ, quas de rebus presentibus extra nos habemus, corpus sequuntur, sie richten sich nach dem Leibe. & §. 819. Perceptiones propter harmoniam cum corpore fundamentum suum habent*

in

in corpore: immo hoc ipsum § 941. ita repetitur, ut addatur: Ideo anima dependet a mundo; Demnach ist die Seele dependent von der Welt. Præterea alia huius generis, quæ, in quantum hypothesebus istis alterius generis contradictoria esse haud debent, genuino sensu plane carent. Et eiusmodi notationis a communi sensu plane alienæ locutionibus abundare univcrsum systema, lectio & hypotheseum collatio docet.

Placitum IV.

De nexu operationum mentis, tanquam automati spiritualis, necessario.

Notandum itaque est, mutationes in mundo omnes IMMUTABILI ordine se excipere, & quia pariter in anima status præcedens fundamentum sequentis in se continere debet, perceptionum animæ pariter IMMUTABILI ordine alias ex aliis sequi. Es ist demnach zu merken, daß die Veränderungen in der Welt alle in einer unverrückten Ordnung auf einander erfolgen, und, weil gleichfalls in der Seel der vorhergehende Zustand den Grund von dem folgenden in sich enthalten muß, die Empfindungen in der Seele gleichfalls in einer unverrückten Ordnung auf einander erfolgen. §. 767.

Oportet perceptiones semper cum mutationibus in organis sensuum coincidere, & impossibile est, perceptiones animæ serius, aut citius, evenire. Es müssen die Empfindungen jederzeit mit den Veränderungen in den Gliedmaßen der Sinnen übereintreffen, und ist nicht möglich, daß die Empfindung zu früh oder zu spät kommt. §. 775.

Generatim notandum est, quod, quando queritur, cur una perceptio aliam sequatur, nullum aliud fundamentum indicari possit, quam cur in mundo alius status rerum corpora-

rum, quas percipimus, sequatur. Vide hunc locum in Plac. precedenti etiam Germanice adductum.

In anima nullum existit desiderium, nulla volitio, nisi simul motus ei consentaneus in corpore eodem tempore evenire potest: Es kommen in der Seele keine Begierden hervor, und entstehet in ihr kein Wollen, wo nicht zugleich eine ihnen gemäße Bewegung in dem Leibe zu gleicher Zeit geschehen kan. §. 790.

Quando itaque judicare volumus, quas perceptiones anima habeat, & cur in illa eveniant, & cur sic, nec aliter se habere possint; tantum explorandum nobis est, quas status corporis nostri mutationes in mundo habere possit &c. Wenn man demnach urtheilen will, was für Empfindungen die Seele haben kan, und warum sie sich in ihr ereignen, auch so und nicht anders beschaffen seyn können, so dürfen wir nur forschen, was der Stand unsers Leibes in der Welt für Veränderungen haben kan. §. 792.

Si mandus non re ipsa existit, sed tantum in ideis anima consistit, certum est, fundamentum, cur anima sibi hunc & non alium mundum representet, in eius essentia esse querendum. Quamobrem cum facultas representatiix essentiam & naturam animæ constituat, essentia autem necessaria sit, & immutabilis; animas & non alias representationes (ideas) & quidem hoc, non alio ordine producat, quia eius vis non aliter secum fert. Wenn die Welt nicht würdlich da ist, sondern nur durch die Gedanken der Seel bestehet, so ist wohl wahr, daß der Grund davon, warum die Seel sich diese und nicht eine andere Welt vorstelltet, in ihrem Wesen zu suchen ist; derowegen, weil die vorstellende Krafft das Wesen und die Natur der Seel ausmachet, das Wesen aber nothwendig und unveränderlich ist, so bringet die Seele diese und nicht andere Vorstellungen, und zwar in dieser, nicht in anderer Ordnung hervor, weil es ihre Krafft nicht anders mit sich bringet. §. 943. conf. 774. 776.

Per-

Perceptiones sunt necessariae, tam respectu suae praesentiae, quam respectu suae qualitatis. Es sind die Empfindungen nothwendig, so wol in Ansehung ihres Daseyns, als in Ansehung ihrer Beschaffenheit. §. 226.

DISQVISITIO.

1. Nexum omnium & singularum animæ perceptionum & operationum, respectu intellectus & voluntatis, clarissimo Auctori nostro esse *necessarium & immutabilem*, ita ut, quemadmodum illæ ipso actu in ea eveniunt, istas in ea evenire necesse fuerit, & aliter, aut citius ac serius, evenire haud potuerint, immo impossibile fuerit, ut aliter se habuerint; claræ & repetitæ eius adsertiones abunde comprobant.

2. Et eundem *necessitatis nexum*, in perceptionibus & operationibus animæ positum, confirmat *nexus ille rerum materialium* in corpore & rebus extra corpus *necessarius*, cui iste quam exactissime & necessario respondere dicitur; & adeo quidem, ut in anima ne ullum quidem desiderium, nec ulla volitio existere possit, nisi eodem tempore vi mechanisimi motus in corpore desiderio & volitioni consentaneus simul evenire queat.

3. Atque ita homo, contra *Postulatum III.* & eius *corollarium*, est *duplex automatum*, seu *horologium*, unum *spirituale* respectu animæ, alterum *materiale* respectu corporis. Unde in Actis eruditorum Lipsiensibus a. 1705. p. 553. de hac ipsa hypothese Leibnitiana hæc legas: *Anima & corpus se habent ut duo horologia pendula, quæ motus suos pariter iisdem momentis exercent.* Et cum de corpore humano, quod illud pro *mero automato* habeatur, nullum esse possit dubium illi, qui mechanisimum huius systematis mediocriter tantum habet perspectum; secundum illud ipsum animam quoque pro *mero automato* haberi, præmissa cl. Auctoris loca abunde comprobant.

4. Et hoc ipsum est, quod illustris LEIBNITIUS, a quo hæc adoptata sunt, in *Theodicea* §. 402. expressis perhibet verbis. Sic auctor *Commentationis Hypothesicæ* doctissimus §. 125. *Machinam novi generis per nos dicas (animam) si machinam vocet omne id, ubi ordine sibi mutationes succedunt, singula ex antecedentibus determinata. Quo sensu & Leibnitijs eam vocavit automatam spirituale, vel formale, & quoniam rationale est, liberum.* Et in notula: *Memineris, animam sensu propriissimo esse automatam.* Conf. §. 145. 152.

5. Idem cl. auctor noster confirmat, uti re ipsa, sic inter alia etiam isto loco, §. 1061. ubi negat, Deum potuisse mundum hunc condere sine hominibus, addita hac ratione, *quod cum mundus machina sit, tam impossibile fuerit, ut in eo genus humanum deesset, quam esse nequeat, ut mechanicus confecerit horologium, quod, etsi hac aut ista rota careat, suum tamen motus ordinem nihilo minus servet.* Atque ita humanum genus expresse refert ad ipsam huius universi machinam, illud mechanismo materiali adeo subiiciens, quemadmodum rota ad structuram automati mechanicam pertinet. Unde porro hoc colligas: uti automatam non fit propter rotam: sic mundus non factus est propter humanum genus, sed humanum genus propter mundum, ut huic, tanquam toti machinæ, ceu pars quædam integralis, in nexu mechanismi subserviat. Quam huius systematis hypothesin genuinam esse, nec ipsi eius defensores negabunt, aut negare poterunt. Et quid sibi vult generale illud assertum §. 226. de eo, quod *perceptiones anime tam ratione presentie, quam ratione qualitatibus sue necessarie sint*: hoc, inquam, assertum, cum hypothesi illa, qua negatur ideas & perceptiones animæ in ea subsidio sensuum excitari, collatum, quid indicat, quam *fatum anime absolutum?*

6. Jam si anima se habet ut automatam, & est automatam propriissimi sensus immateriale, aut (quod idem est, etsi a voce automati abstineas) si ita se habet in operationibus suis, uti, eam se habere, præmissa loca indicant; actum est de libertate ani-

me

noe & de totius humanæ naturæ nobilitate ac præstantia; utpote quæ cum ista necessitate agendi, automato propria, simpliciter est *ἀδύσα* per Postulat. III. seqq. Cur difficultati quando medela quæritur, voce *liberum* voci *automatam* addita, committitur contradictio in adiecto tam manifesta & ingens, quam si *libertatem* veri nominis vocare velis *coactam*, aut *necessario agentem*.

Quæ quæso *libertas* residua esse potest animæ, si nullam in se excitare potest cogitationem, nullam volitionem, aut (sic venia verbis) nolitionem, seu nullum appetendi, aut averfandi, nullum decernendi, eligendi, ac determinandi actum, aut propositum, quod non ex antecedenti animæ statu eiusque actibus ita pendeat, quemadmodum in horologio vi motorum rotularum motus sequens ab antecedenti dependet? Quanam hic vel cogitari potest libertas; si cogitationum, decretorum ac volitionum ordo, qui ipso actu evenit, fuit immutabilis & necessarius, ita ut fuerit *ἐκ τῶν ἀδύατων*, ut non ita eveniret? & quidem ut eo tempore, sic eo etiam modo, quo eveniret. Si quærenti, cur actuum animæ alii alios insequantur, nullum aliud fundamentum dari potest, quam quod nexus rerum materialium necessarius, seu fatum physico-mechanicum commonstrat; si nullus cogitandi actus in anima produci potest, nisi in corpore motus eidem exacte convenientis vi fati mechanici simul existere possit: nonne fundamentum & principium agendi, quod per Postul. III. in libertate est, sic penitus oppressum & eliminatum, secundum Postul. X. ponitur in mero fato Spinosiano & plus quam Stoico? Vix enim ipsi Stoici tam duras fovisse, nedum defendisse, deprehenduntur sententias.

Nonne hypothesebus hæcæ admissis, & ad applicationem ductis, vi Postulati IV. *tota doctrina moralis* in praxi sua, quanta est, penitus concidit, cum præsentissima noxa, inde in omnem societatem humanam & civilem, ipsamque naturalem & revelatam religionem, quam certissime resplundante? Irritæ enim sunt, immo ridiculæ fiunt, omnes pro-

promissiones præmiorum, & comminationes pœnarum, omnes consultationes, suasiones ac dissuasiones, omnes preces ac operæ aliæ, omni & vitiorum & virtutum natura & notione vera penitus sublata. Certe qui hanc consequentiam non agnoscit pro evidentissima, & quæ cum quavis geometrica demonstratione ratione liquidissima evidentiæ certare possit; illum sane oportet & naturalem & artificialem logicam hac saltem in parte penitus & exuere & abnegare. Quid enim ista omnia libertatis exercitia ac documenta secundum novum hoc systema sunt aliud, quam pars ipsius automati, singula æque necessaria? Ex hisce vero iustis conclusionibus diiudicanda sunt huius systematis principia, secundum *Postulatum XII*. Protheoriæ, quod propositione secunda ex abundanti demonstratum est.

9. Ceterum quam falsum sit, quod status animæ sequens eiusque ideæ a statu animæ antecedenti & eius ideis immutabili plane, hoc est, necessario, nexu & serie semper dependant, inter alia etiam inde liquet: quia quotidiana docet experientia, hominem, qui hoc die & hac adhuc eius hora, pro suo animi statu habituque, has & illas cogitationes & decreta fovet, illico mutari, ita ut sensim cum alio animi statu habituque alias concipiat cogitationes, & volitiones antecedentes repudiet plane, aut corrigat; hanc vero mutationem non educi e statu mentis antecedenti, sed eam extrinsecus, dum rectiorem institutionem vel audit, vel legit, vel etiam contrarium sensibus suis subiicit, induci. Id quod qui itidem referre vellet ad harmoniam præstabilitam, cum petitione principii, ipsum etiam sensum communem cum iusto rationis usu esset abnegaturus. Certe quam diu credulitas inter genuina philosophandi principia admitti nec potest, nec debet, tam diu Leibnitianum systema fundamento caret, & de inconsulto quorundam assensu frustra sibi gratulatur.

Pla-

Placitum V.

De

negata unione animæ & corporis physica & ad-
serta unione utriusque metaphy-
sica.

*Unio animæ & corporis pertinet ad metaphysicam; cum e
contrario unio influentiæ foret physica. Theod. Dissert. prælim. §.
55. p. 13. 127.*

*Inter animam & corpus non est physica communicatio, quam-
quam metaphysica, quæ ex anima & corpore unum facit suppo-
situm, quam personam vocamus, semper duret. Theod. §. 59. p.
13. 244.*

*Concedo, destrui nostram sententiam unionem animæ & corpo-
ris, nempe physicam illam, influxu nixam: sed nego, destrui meta-
physicam, qua fit, ut ex anima & corpore correspondentibus fiat u-
num per se, unum suppositum, una persona. Cl. Auctor Comment.
Hypoth. p. 206. seq.*

*Propter hanc harmoniam cogitationum animæ cum nonnul-
tis mutationibus in corpore, & nonnullorum motuum corporis cum
voluntate animæ, solent dicere, animam cum corpore esse unitam. In
quo autem hæc unio animæ & corporis consistat, non prius ostendi
potest, quam demonstratum sit, quomodi fieri possit, ut anima cum
corpore in modo dictis partibus consentiat. Metaphyl. §. 539.*

DISQUISITIO.

1. Manifestum est, ab illustri Leibnitio & auctore altero
allegatis locis unionem animæ & corporis physicam simpliciter
& expresse negari, metaphysica in eius locum substituta: mani-
festum etiam est, eos vi systematis sui non posse non ita statue-
re.

M

2. Jam

2. Jam quidem cl. Auctor metaphysicæ ab expressa mentione unionis *metaphysicæ*: quod vero tantum hac admittit physicam plane & in totum neget & repudiet, liquet a) e nexu integri, quod adoptavit, systematis, & hinc e pleno ac reali cum allegatis auctoribus consensu hac in parte. b) Ex ipso allegato loco, ubi non dicit, animam cum corpore esse unitam, sed tantum *solere dici, quod unita sit*. Lectorem vero, qui unionis huius, quam ipse statuat, speciem & modum scire avet, remittit ad posteriora, ubi ostendi debeat, in quo harmonia inter animam & corpus consistat. Quando autem hoc ex hypothesis deinceps ostendit, nullum amplius vestigium compareret de declarata unionis specie & qualitate. Atque ita ipsa etiam tractationis serie comprobatur, se nullam aliam admittere unionem animæ & corporis, quam sic dictam *metaphysicam* illam, in sola harmonia positam.

3. Verum enim vero quod est *uniophysicæ* inter *notiones metaphysicas*, in distinctione positas, id est unio *metaphysicæ* inter duas substantias physice distinctas, animam & corpus, h. e. non ens & chimæra, qua absurdior vix excogitari potest, & quæ primis sanioris philosophiæ principiis repugnat: utpote quæ exigunt, ut substantiæ physicæ, quæ adeo unitæ sunt, ut unam personam efficiant, & una alteram deferere non possit, nisi naturali, aut violenta, materialis substantiæ destructione, non nisi physice sint unitæ, secundum *Possyl. II.* & eius *coroll.* Et hanc unionem physicam comprobatur omnium hominum experientia; etsi modum, quo substantia spiritualis cum materiali uniri possit, ignoremus.

4. Et quemadmodum unio substantiarum physica est realis & rationi conveniens: sic unio earundem metaphysica imaginaria est, & se vel ipsa notione destruit. Certe vix difficilius, aut absurdius, duos asseres conglutinare notione aliqua metaphysica, quam animam & corpus unias notione metaphysica. Hi philosophi, in morbum lethiferum aliquando coniecti, vel ultima experientia tandem sentient, inter animam & cor-

pus

pus suum non metaphysicam, sed omnino physicam intercedere unionem.

5. Ista vero unionis metaphysicæ hypothesi, ad futuram corporum resuscitationem applicata, quantam nobis denuo chimæram exhibet! Siccine Christus cum corporibus istis animas rursus tantum metaphysice uniet? Et quanta ex hac hypothesi depravatio non redundare potest in dogma de persona Christi sacratissima? Sic enim inter humanam & divinam Christi naturam itidem tantum erit metaphysica unio; aut, si ab hoc dogmate abstinerit metaphysicus, in morte Christi inter animam & corpus tantum intercessit dialysis metaphysica, veritate mortis sic neganda.

6. Ceterum quis non videt, hanc hypothesin adoptatam esse non ex veritate, quam res in se considerata habet, & consideranti insinuat; sed ex necessitate systematis semel adoptati. Etenim cum eius defensores non ignorarent, ab unione physica validissimam duci conclusionem ad communionem & communicationem physicam, hac vi systematis mere mechanici, qua animæ regimen, ne mechanismus eo turbetur, in corpus denegatur, semel negata, ne consequentia illa premerentur, coacti sunt ipsam physicam animæ & corporis unionem negare; h. e. errorem errore statuminare. Conf. *Propositionem Prothesoriae* L.

7. Notandum itaque est, cum detecto ac destructo hoc errore de negata unione animæ & corporis physica concidere totum systema Leibnitianum. Quantus vero absurdorum cumulus exista negatione redundet, sequentia eiusdem systematis placita pluribus reddent conspicuum. Quod ut lectores adhibito iudicio logico attente considerent, ipsos veritatis causa quam humanissime rogo.

Placitum VI.

De

facultate corpus movendi & regendi animæ ab-
iudicata, & hinc corpore pro peculiari auto-
mato habito.

*Vulgo creditur, vi corporis cogitationes in animâ & vi a-
nimæ motus in corpore excitari. S. 761.*

Insgemein glaubet man, daß durch die Krafft des
Cörpers Gedancken in der Seele, und durch die Krafft der
Seele Bewegungen im Leibe hervor gebracht werden.

*Opinio vulgi de animæ potentia corpus movendi, diu viguit
inter philosophos, quamvis hodie eidem pauci adstipulentur. Et
hec operatio animæ in corpus, & corporis in animam, naturalis in
fluxus unius in alterum vocatus est, adferamque fuit, commercium
animæ cum corpore fundari in naturali influxu unius in alterum.
Influxum hunc nec comprehendere, nec perspicue explicari posse, faci-
le est concessum; sed putatum est, illum in experientia esse fundatum.
ibid.*

Die Meinung welche der gemeine Mann hat, daß die
Seele eine verborgene Krafft haben den Leib zu bewegen, ist
auch lange Zeit unter den Weltweisen im Schwange gegan-
gen, ob wohl heute zu Tage wenige ihr beypflichten. Man
hat aber diese Wirkung der Seele in den Leib und des Lei-
bes in die Seele einen natürlichen Einfluß eines Dinges in
das andere genennet, und daher behauptet, die Gemein-
schafft des Leibes mit der Seele gründe sich auf einen na-
türlichen Einfluß eines Dinges in das andere. Daß man
dieser Einfluß der Seele in den Leib und des Leibes in
die Seele weder begreifen, noch auff eine verständliche
Art

Art erklären könne, hat man leicht zugegeben: allein man hat gemeinet er sey in der Erfahrung gegründet.

Item: *Observamus, certos motus fieri in corpore, quum anima ejusmodi motus desiderat: v. g. Quando aliquid apprehendere volo, manum eo extendo. Volo surgere, & abire, & hoc fit. Quando hic ultra experientiam non tendimus, nihil amplius dicere possumus, quam certos motus corporis tunc fieri, quando istos volumus, vel etiam intermitteri, quando istos nolumus. Cum vero rursus nullam ideam, & ne claram quidem, de operatione anima habeamus, qua motum in corpore producere possit, ejusmodi operatio non potest haberi pro ea, qua in experientia fundata sit.* S. 131. 86.

Wir mancken, daß gewisse Bewegungen im Leibe erfolgen, wenn die Seele dergleichen Bewegungen verlanget. Z. E. Ich will nach einer Sache greiffen; so strecke ich den Arm darnach aus. Ich will aufstehen und weggehen; so geschiet auch solches. Wenn wir auch hier nicht weiter gehen wollen, als was wir erfahren; so können wir nicht mehr sagen, als daß gewisse Bewegungen zu der Zeit geschehen, wenn wir dergleichen wollen oder auch unterlassen werden, wenn wir sie nicht wollen. Da wir aber wiederum keinen Begriff, auch nicht einen klaren, von der Wirkung der Seele haben, wodurch sie die Bewegung im Leibe hervor bringen solte, so kan man dergleichen Wirkung nicht als in der Erfahrung gegründet ausgehen.

Ich habe oben erinnert, daß vermöge der Regeln der Bewegung, darinnen die Ordnung der Natur gegründet ist, immer einerley bewegende Krafft in der Welt erhalten werde. Wenn der Leib in die Seele und die Seele in den Leib würcket, so kan nicht einerley bewegende Krafft in der Welt erhalten werden. Denn wenn die Seele in den Leib würcket, so wird eine Bewegung hervorgebracht, ohne eine vorhergehende Bewegung, massen man setzet, daß die

Seele die Bewegung im Leibe bloß durch ihren Willen hervorbringet. Da nun diese Bewegung ihre abgemessene Kraft bey sich hat; so entstehet eine neue Kraft, die vorher nicht in der Welt war. Und also wird wieder das Geseze der Natur die Kraft in der Welt vermehret. Gleichergestalt wenn der Leib in die Seele würcket, so bringet eine neue Bewegung einen Gedanken hervor. Da nun nach diesem die Bewegung aufhöret, ohne daß daraus eine neue Bewegung in einem andern Theile der Materie entstünde; so höret eine Kraft auff, die vorher in der Welt war. Und also wird wieder das Geseze der Natur die Kraft in der Welt vermindert. Zieraus ist klar, daß die Regeln der Bewegung, nach welcher die Veränderungen in der Natur geschehen, haben wollen, es solle immer einerley Kraft in der Natur erhalten werden: hingegen die Wirkung der Seele in den Leib und des Leibes in die Seele erfordert, daß nicht immer einerley Kraft in der Natur erhalten, sondern sie vielmehr der Seele zugefallen, bald vermehret, bald vermindert wird. Weil demnach die Wirkung des Leibes und der Seele ein ander zuwieder ist; so hat man genugsamen Grund sie zuverwerffen. §. 762.

Jam supra monui, vi regularum motus, in quibus ordo naturæ fundatus est, semper eandem vim moventem in universo conservari. Quando corpus in animam & anima in corpus operatur, non potest eadem vis motrix in universo conservari. Nam quando anima in corpus agit, efficitur motus sine precedente motu; siquidem statuitur, animam motum in corpore tanquam sua ipsius voluntate efficere. Cum vero hic motus circumscriptam suam vim in se habeat; nova existit vis, quæ antea non erat in universo. Atque ita contra legem naturæ vis in universo augetur. Pariter si corpus in animam agit, motus cogitationem producit: cum vero postea motus desinat, sine novo motu in alia materiæ parte inde oriente, cessat vis illa, quæ antehac in mundo erat. Et sic contra legem naturæ vis in mundo minuitur. Ex his manifestum est,

regulas motus, secundum quas mutationes in natura eveniunt, postulare, ut semper equalis vis in mundo conservetur, E contrario operatio animæ in corpus requirit, ut non equalis, seu eadem vis in natura conservetur, sed ut illa pro lubitu animi modo augeatur, modo minuatur. Atque ita cum operatio animæ & corporis in se mutua naturæ sit adversa, satis fundamenti habemus, ut eam rejiciamus. §. 762.

DISQUISITIO.

1. Sententia, in cuius possessione & confessione universalis & perpetua fuit, est, & manebit, universum genus humanum, & quæ ita comparata est, ut de eis singuli homines, mentis suæ vel mediocriter compotes, e natura sua sibi sibi conscia certo iudicare possint ac debeant, non est opinio vulgi, sed secundum *Protheoriæ Postulatum III.* & *Propositionem I.* dogma universale philosophorum & totius generis humani, cuius comparatione aliqua philosophi Cartesiani & Leibnitziani eo minus veniant in censuram, quo minus dissentium suum ulla idonea ratione probare possunt. Quæ cum ita esse, quilibet noverit, mirum est, virum cl. scribere potuisse, inter philosophos hodie paucos huic sententiæ, cui suam opponit, *adspirari.*

2. Videmus vero, argumentum eius, quo ad negationem operationis animæ in corpus inductus est, præcipue positum esse in eo, quod *nullam nobis ideam de modo* huius operationis formare, ideoque nec aliis eam perspicue explicare, possimus. Verum enim vero si hoc argumentum valet, possumus eodem etiam *anionem animæ cum corpore* negare. Quis enim ulla ingenii & iudicii acie indagare, aut ulla faciendis aliis explicare potest modum illum, quo anima, tantquam spiritus, cum corpore, ut materia, possit tam arte uniri, ut ne quidem hospitium suum pro lubitu suo deserere queat anima, nisi istud fuerit destructum? Jam vero si

unionem animæ & corporis, tanquam omnis operationis causam, admittimus, ob solam, quæ de ea nos reddit certissimos, experientiam; quæ, quælo, regula logica nos adigit, ut unionis istius effectum, qui in operatione est, ideo negemus, quia de eo nullam vobis formare possumus distinctam & accuratam ideam? Cur non etiam circa effectum acquiescimus in sufficientissima & universali omnium hominum experientia?

3. Et quanquam hoc cognitionis principium, quod in experientia, e qua de potestate animæ in corpus ad summam certitudinem usque convincimur, positum est, Auctor clar. alias ipse urgeat: excipit tamen hic adversus illud, causatus, *subesse hic subreptionis vitium*, scribitque in loco antea producto, sententiam de influxu animæ in corpus ad hoc movendum regendumque non haberi posse pro ea, quæ in experientia fundata sit, adiuncta hac ratione, *quia de ista operatione nullam ideam habeamus* Sed quid hoc est aliud, quam experientiam ideo reprobare, quia cum distincta modi cognitione coniuncta non est. Qui argumentandi modus quantopere logicæ naturali repugnèt, nemo non videt.

4. Quandoquidem vero vir cl. potestatem animæ in corpus capotissimum de causa negat, quia de modo, quomodo spiritus possit agere in materiam, nullam sibi formare potest ideam; existimare possent alii, in systemate suo commercium inter animam & corpus ita doceri, ut *modus eius captui humano sit obvius & cognitu facilis*. At e contrario, uti iam indicatum est in *Protheorie* Proposit. I. tanta hic intellectui humano naturæ mysteria obruduntur, quibuscum vix comparari possunt illa, quæ revelationis principium fidei nostræ exhibet. Sed de istis deinceps nonnulla: & in placito quidem proximo videbimus istud de *rationali oris sermocinatione & manus scriptione* sine ullo animæ influxu & concursu causali. Ut nihil nunc

re-

repetam de grandi illo *unionis metaphysice* inter duas substantias physicas mysterio.

5. Et quando vir amplissimus scribit: Quia operatio animæ in corpus, & corporis in animam nature repugnat, sufficientem habemus rationem, cur eam rejiciamus: antecedens non probat, sed per petitionem principii tantum repetit. Unde consequens eo facilius concidit.

6. *Πῶς* vero *ἴδω* hic itidem est in fato mechanico. Huic enim quia universum etiam genus humanum subicit, non potuit non animæ etiam hanc libertatem & facultatem, qua corpus suum organicum movet regitque, abiudicare. Quid? quod animam tantum habeat pro *substantia ideisæ*, nec in ea, præter hanc facultatem, voluntatem pro peculiari facultate agnoscat. Quam vero periculosa absurdaque sit hæc hypothesis de negata animæ in corpus operatione, sub finem huius examinis, seu placito IX. in anatome sic dictæ harmoniæ præstabilitæ videbimus.

7. Ceterum non prætereundum hic est, quod Auct. clar. ex hypothese hæctenus discussa, distinctionem *actuum & motuum in voluntarios*, seu elicitos & arbitrarios, & in *imperatos & coactos* ac necessarios, genuino sensu nequaquam admittere possit, ideoque notiones istas, speciatim notitionem motuum & actuum voluntariorum, penitus pervertat & ad hypothesis suam inflectat. Nam quando locutionem de motibus voluntariis retinet, non intelligit motus, quos voluntas libera efficit, sed qui, vi mechanismi effecti, voluntati animæ, itidem e fatali volitionum serie agenti, consentanei sunt. Audiamus hic ipsum cl. Auctorem: *Omnino verum est, corpus externe, nempe a rebus, quæ in organa sensuum operantur, ad motus suos determinari, neque ipsum MOTIBVS POSSE RESISTERE, SED IPSOS NECESSARIO EFFICERE. Et hac ratione etiam illi motus, qui PRO VOLUNTARIIS HABENTUR*

N

po-

(Potius omnino voluntarii sunt) per quos nimirum **DESTERIUM ANIMAE EXPLETUR, IN CORPORE SUNT NECESSARII.** Es ist freylich wahr, daß der Leib von außen, nemlich von denen Dingen, welche in die Gliedmassen der Sinnen würden, zu seinen Bewegungen *determiniret* wird, auch er den Bewegungen nicht widerstehen kan / sondern sie nothwendig hervor bringen muß. Und auf solche Weise sind die jenige Bewegungen, die man für freywillige hält, dadurch nemlich das Verlangen der Seele erfüllet wird, in dem Leibe nothwendig. §. 884.

8; *Quam vero parum curet vir doctissimus hanc notionum investitionem, ipsamque motuum differentiam ingentem, his declarat verbis auctoris subiunctis: Sed hoc fit sine detrimento libertatis anime. NAM PERINDE EST, UTRUM ANIMA PER FACULTATEM SUAM CORPUS AD MOTUS SUOS DETERMINET, VEL AN CURSUS NATURAE ITA SIT ORDINATUS, UT RES CORPOREAE ILLEUD, PROUT VOLUERIT ANIMA, AD MOTUS SUOS ADIGANT &c.* Allein dieses geschieht der Freyheit der Seele ohne Nachtheil. Denn es ist gleichviel, ob die Seele durch ihre Kraft den Leib zu seinen Bewegungen *determiniret*, oder ob der Lauf der Natur so eingerichtet ist, daß die körperlichen Dinge ihm dem Willen der Seele gemäß zu seinen Bewegungen bringen. Et sic §. 885. Es ist abermöglich, daß der Lauf der Natur dergestalt eingerichtet wird, daß die Leiber der Menschen und Thiere denen Begierden und dem Willen, den sie haben, gemäß zu gewissen Bewegungen *determiniret* werden. Sicque et auctori perinde erit, utrum lectores metaphysicæ descriptionem, quæ sine motibus corporis, speciatim alterius brachii & manus, perfici non potuit, mechanismo corporeo, an vero operationi animæ rationalis adscribant? Sicque in doctrina morali perinde est, utrum fur in rei alienæ contra-
tatione motum exseruerit voluntarium, proprie sic dictam, seu

a voluntate ipsius unice dependentem; an vero, e fatis mecha-
nico & inevitabili morum effecerit brutum, violentum ac
fatalem? Et in tam absolutæ necessitatis adfertione vir cl. §.
883. non dubitat scribere: *Anima hic habet summam libertatem,
que cogitari potest.*

9. Quando autem vir cl. hanc hypothesin suam de negato
commercio inter animam & corpus physico stabilire nititur hy-
pothesi de *eadem vi motrice in universo conservata*, principia me-
chanica applicat ad causas liberas cum manifesto matheseos
abusu, contra *Postul. XI.* & ejus corollarium. Hanc gravissi-
mi momenti objectionem occupaturus scribit quidem §. 695.
*Vielleicht werden sich einige einbilden, als wenn die Re-
geln der Bewegung, die wir oben angemerket, nur von Corps
pern wahr wären; bey den einfachen Dingen aber (causis libe-
ris) wol anders seyn könnten. Allein wir haben weder einen
Begriff, noch ein Exempel einer andern Bewegung, und da-
her gar keinen Grund, warum wir setzen solten, die Natur
der Dinge wäre auf einander widersprechende Regeln gebau-
et. At quemadmodum conceptu non egemus: ita exemplo-
rum multitudine innumerabili universum genus humanum ab-
undat. Cui quando vir cl. suas motus regulas cum extensione
& applicatione ad causas liberas opponit, committit petiti-
onem principii nondum probati, nec unquam probabilis. Vid.
*Postul. III. & XI. cum Propositione I. in Protheoria.**

10. Ceterum vir cl. hypothesin suam, quod nulli don-
tur *motus voluntarii*, ab ipsa anima effecti, confirmaturus, ad-
ducit illos *motus violentos*, qui ab exploto tormento etiam in-
vitis suboriuntur, §. 778. inter alia; *Wir finden öfters, in-
quiens, daß nicht allein ohne, sondern gar wider den Wil-
len der Seele hin und wider Bewegungen in unserm Leibe er-
folgen, wenn wir etwas sehen, oder hören. Z. e. Es ist einer
gewohnt vor dem Schiessen zu erschrecken. 2c. Et postquam
explicuisset modum ejusmodi motuum §. 779. ita pergit: Auf*

solche Weise folgen alle Bewegungen des Leibes aus der Art der Zusammensetzung, das ist, aus seinem Wesen und durch seine Kraft, d. i. durch seine Natur, auß den Bewegungen anderer Körper. Et §. 845. hæc ipsa motuum violentorum exempla ad alios omnes, etiam motus vere voluntarios & elicitos, his applicat verbis: Was sie (dissentientes) in einigen Fällen annehmen (scilicet excitari motus sine operatione animæ) daß nehmen wir in allen an, weil es in einem Fall so viel grund hat, als in dem andern. Absit vero ista argumentatio a particulari ad universale, & quidem in motibus plane heterogenetis, diversissimum sane fundamentum habentibus.

Placitum VII.

De operatione animæ in corpus, speciatim etiam rationalioris loquelæ & manus ac calami scriptioni abjudicata.

Omnes motus corporis sequuntur e modo compositionis, hoc est, ex eius essentia & per eius vim, h. e. per eius naturam et motibus aliorum corporum, que mutationes in organo sensuum efficiunt: & per consequens omnia in corpore fiunt intrinsece &c. §. 779.

Et hinc liquet, omnes motus in corpore eodem modo, quo jam eveniunt, eventuros esse, ETIAMSÍ NON AD-ESSET ANIMA, cum anima per virtutem suam ad illos plane nihil contribuat: tantum eorum, que in corpore (scilicet ex animi, seu ab anima plane deserto) fiunt, non futuri essemus nobis consciis. Hieraus erhellet, daß alle Bewegungen in dem Leibe auf eben die Art sich äußern würden//

den / wie jegund geschichet / wenn gleich keine Seele zu
gegen wäre. Indem die Seele durch ihre Kraft nichts
dazu beuträget: Nur würden wir uns dessert / was in
unserm Leibe geschichet / nicht bewusst seyn. S. 780.

Hoc (quomodo corpus operari possit sine anima) est magnum istud & arduum momentum, quod plurimi pro in comprehensibili habent, quia illud comprehendere non valent, & ideo harmoniam praestabilitam rejiciunt. Omnes difficultates, quae ei objiciuntur, ex hoc fonte oriuntur: quia veritates universales & syllogismos per verba & alia signa, quae vel pronunciamus, vel scribimus, aliis proponere possumus; plurimis videtur in comprehensibile esse, QVOMODO CORPUS, quod mera machina est, nec per se rationem habet, TAMEN RATIONABILITER POSSIT LOQUI. Immo cum omnes inventiones, quae ingenio subtilissimo & summa perspicacia parantur, ab inventoribus non aliter quam per verba possint indicari; sequeretur, etiam corpus sine ratione & intellectu per se omnes veritates, immo illas etiam, quae ad cognitionem Dei & anima pertinent, detegere posse, quia in eo omnia sine subsidio animae fiunt, h. e. eodem modo futura essent, ETIAMSI ANIMA IN EO NON ADESSET. Et hac ratione posset machina quadam per meros motus certae materiae idem efficere, quod anima per facultates suas spirituales efficit, h. e. machina posset veritates universales cognoscere, syllogismos facere, & veritates detegere. Denique omnia, quae homo facit & intermittit, videntur esse necessaria. Nam corpus extrinsecus ab aliis corporibus ad motus suos, QUIBUS

N 3

NON

NON POTEST RESISTERE, determinatur, & motus ipsius ex istis sequuntur, quemadmodum id essentia & natura ejus fert: & nullum habet intellectum ad cognoscenda & dijudicanda ea, quæ fiunt, nec potentiam ad aliquid mutandum, sed omnia fato permittere cogitur (er muß alles geschehen lassen / was und wie es geschiehet) §. 781.

Item: *Os e viribus corporis potest omnia ad ratioeinationes requisita verba proferre, SINE ULLO COMMERCIO ANIMAE.* Der Mund kan aus der Krafft des Leibes alle zu den Vernunfts-Schlüssen erforderete Worte hervor bringen / ohne daß sich die Seele drein mischet. §. 843. Conf. §. 835. sequu. De calamo idem liquet per se & e priore loco.

DISQUISITIO.

1. *Loquelam oris & scriptionem calami rationalem a solo corpore sine ullo animæ concursu modo mere mechanico effici, non est error simplex, sed ejusmodi portentum philosophicum, quod an ullus sane mentis lector sine stupore possit considerare, dubito.* Id quod cum SPINOZA, quantum scio, omnium primus Ethicæ p. 98. e philosophiæ Cartesianæ principiis in lucem protrussisset, vir illustris, LEIBNIZIUS, adoptavit polivitque, noster vero auctor doctissimus eo induit habitu, qui, cum in assensum pertrahere debuisset alios, se ipsum dissolvit ac destruit.

2. *Difficultates hic ne ipse quidem vir doctissimus dissimular, scilicet vi huius hypotheseos omnes illas inventiones, quas inventores non nisi subtilissimis animæ ratioeinationibus debeant, & quas cum aliis non nisi per verba oris, aut scriptionem calami, possint communicare, & quæ ad ipsam animæ & Dei cognitionem per-*

pertineant, ita cadere in solam solius corporis facultatem, ut corpus per se ipsum omnia ea sine ulla ratione & ratiocinatione possit detegere; cum ex hypothese omnia ista sine ullo animæ concursu eveniant in corpore, & eodem modo eventura essent, ETIAMSI ANIMA IN EO NE ADESSET QUIDEM. Et hac ratione meram machinam per solum motum idem præstare, quod anima facultatibus suis spiritualibus præstet, h. c. *machinam meram posse universales veritates cognoscere, syllogismosnectere & veritates invenire.* Item hac ratione *omnia, quæcunque homo & agat & intermittat, fore necessaria:* siquidem corpus extrinsecus ab aliis corporibus ita ad motus suos determinetur, ut IIS RESISTERE HAVD POSSIT, motusque eius ex istis necessitate naturæ, seu ita sequatur, quemadmodum eius essentia & natura ferat; atque ita hominem nec habere intellectum ad cognoscendum & perpendendum, quid fiat, aut fieri debeat; nec libertatem quidquam mutandi, *sed omnia debere permittere necessitati:* i. e. ut rem omnem eloquar ipsis cl. Auctoris verbis Germanicis: Da sonst alle Erfindungen, die durch den subtilsten Verstand und grössesten Witz hervor gebracht werden, von den Erfindern nicht anders als durch Worte ändern können kund gemacht werden: so müßten nach dieser *hypothese* der Leib vor sich ohne Witz und Verstand alle Wahrheiten, ja selbst die zur Erläntniß **GOTTES** und der Seelen gehören, entdecken können, weil alles in ihm ohne Beytrag der Seelengeschlechter, d. i. eben so geschehen würde, wie es sich jetzt ereignet, obgleich die Seele nicht darinnen zu finden wäre: Und auff solche Weise könnte eine *Machine* durch bloße Bewegungen gewisser Materie eben dasjenige verrichten, was die Seele durch ihre geistliche Krafft verrichtete, d. i. eine *Machine* könnte allgemeine Wahrheiten erkennen, vernünfftige Schlüsse machen und Wahrheiten erfinden. Endlich scheint auch (nicht allein scheint, sondern befindet sich) alles was der Mensch thut, nothwendig zu seyn. Denn der Leib wird von aussen von andern

Corp

Cörpern zu seinen Bewegungen determiniret, denen er nicht wiederstehen kan, und seine Bewegungen folgen aus jenen, wie es sein Wesen und seine Natur mit sich bringet: Er hat keinen Verstand zu erkennen und zu überlegen, was geschiehet; auch keine Macht etwas zu ändern, sondern er muß alles geschehen lassen, was und wie es geschieht. §. 731.

3. Sic ipse cl. Auctor loquitur de hypotheseos suæ difficultatibus. Quas cum ne ipse quidem dissimulet, quilibet, credo, lector est suspensus & totus in expectatione, ut videat, quomodo eas tollat. Videamus ergo. Ita vero is pergit *ἀμείωως*, ut primum non neget, difficultates hasce plurimum speciei habere, deinde vero solidæ solutionis loco, dialysi nequidem tentata, cum *manifestissima principii positione* se recipiat ad *πρώτον* suum *Ψῦδ*, unde hypothesis exorta est, seu ad principium suum idealisticum de ea animæ essentia & natura, quæ unice in facultate mundi representativa, seu ideisante, ut ita loquar, ponitur, qua mundum sibi possit sine mundo & sine corpore e sua ipsius natura representare. Ita enim scribit: Es ist nicht zu leugnen, daß diese Schwierigkeiten grossen Schein haben. Allein wenn wir genauer werden erkennen lernen, was es mit den Gedanken der Seel für eine Beschaffenheit habe, so werden sie sich gar wohl heben lassen. Wir wollen also nur weiter untersuchen, wie aus der Krafft die Welt sich vorzustellen die Veränderungen kommen, die wir in ihr wahrnehmen. Hic manifestum est, vadimonium deserit a cl. Auctore, facto regressu ad primum omnium erroris principium idealisticum: ac pro eo, quod istud, nusquam in universo systemate probatum, hic demonstrare debebat, quod sit; illud nescio quibus griphis metaphysicis explicat, quid sit; cum tamen non entis nullæ sint affectiones, nulla prædicata. Et cum §. 783. de anima, quod nihil plane ad rem præsentem facit, dixisset, scilicet illam esse ens finitum; prin;

principium suum idealisticum, in quo per petitionem principii omne præsidium collocat, exornaturus. §. 784 ita pergit: *In anima præter vim representativam nihil plane deprehendimus, & hoc ipsum est, quod in ea perdurat, & efficit, ut sit ens per se subsistens.* Wir treffen in der Seele weiter nichts an, als eine Kraft sich die Welt vorzustellen: und diese ist dasjenige, was in ihr fort dauert, und sie zu einem vor sich bestehenden Wesen machet. Quantum vero non derogatur naturæ animæ negatione ista, quod in anima quidquam deprehendatur præter *unicam illam facultatem idealisticam*, seu mundi representativam; in primis cum ab hac, non vero ab ipsa eius essentia spiritali, eius perduratio ipsaque subsistentia suspendatur: ut de definitione Dei itidem mere idealistica jam nihil dicam. Certe non minus *αὐτόματος*, ut iam supra monui, describeretur homo a sola facultate ridendi, addita negatione, quidquam aliud in ipso deprehendi; vel oculus a solo actu nictandi, vel corpus hominis integrum a solo oculo, aut una solius oculi parte ac proprietate, quam anima ab unica ista facultate idealistica, seu mundi representativa.

4. Observandum vero hic probe est, hanc principii petitionem, qua ad istud portentum naturæ idealisticum, secundum quod anima habetur pro *automato immateriali* mundi representativo, recurritur, non esse solam, sed coniunctam cum altera illa, & in hoc systemate quasi sororia, qua etiam corpus habetur pro *mero automato*, quod ex se & sua natura, seu *necessitate naturæ suæ immutabili*, sine ullo animæ concursu motus suos suasque operationes exserat. Postquam enim illud incredibile naturæ mysterium §. 779. loco paulo ante exscripto sine ulla probatione fundamenti loco posuisset, 780. ita pergit: *Hieraus* (nimirum ex hypothesis nunquam ullo modo probata, nec unquam probabili,

bili, sed tantum nude adserta) erhalten, daß alle Bewegungen im Leibe auf eben die Art sich äussern würden, wie sie gund geschiehet, wenn gleich keine Seele zugegen wäre &c. De hoc vero supposito, quod omnia reliqua nature arcana quam longissime superat, scilicet etiam *corpus exanimatum omnes rationales actiones, quæ a corpore animæ rationalis predicto eduntur, editurum esse*, vide philosophemata Leibnitii in *Monadologia*, & doct. Auctoris *Commens. Hypoth.* p. 147. de anima & corpore *Julii Cesaris*, scilicet si *divinæ voluntari placuisset animam Cesaris altero statim die ab illius creatione annihilare, corpus tamen Cesaris exserturum fuisse vim suam motricem omnem, & inde a natiuitate usque ad necem coherentem in suis mutationibus successione fuisse observaturum, & speciatim certo die atque hora ad senatum accessurum & hæc atque illa verba prolocuturum.* Hæc isti ex hypothesi.

5. Audiamus hic ipsam *Monadologiam* Leibnitii nam edit. German. p. 74. Nach diesem *systemate* muß man sagen, daß der Körper des *Cesaris* seine Bewegungskraft dergestalt ausübte, daß er von seiner Geburt an, bis auf seinen Tode einen stets an einander hangenden Fortgang in seinen Veränderungen beobachtete, welche mit denen stetigen Veränderungen einer gewissen Seele, welche er nicht erkannte und in ihn nicht die geringste *impression* ausübte, auf das allergeringste übereinstimmten. Man kan sagen, daß die *Kugel*, nach welcher die Kraft des Körpers *Julii Cesaris* diese Bewegungen und Urten hervorbringen mußte, dergestalt beschaffen gewesen wäre, daß er an einem gewissen Tage und zu einer gewissen Stunde in den Rath gegangen, daß vor ihm diese und diese Worte ausgesprochen worden wären, wenn es auch Gott gefallen hätte, die *Seele* des *Cesaris* den folgenden Tag darauf, da sie erschaffen worden war, zu vernichten.

Vi

Videantur notæ, ubi illa ad litteram f. ad hunc de Julio Cæsare locum hæc habet: Es ist hierinnen nichts, welches einem seltsam vorkommen könnte, wenn man ein für allemahl in Erwägung zieht, daß ein so grosser Künstler, wie Gott ist, ein *automatum*, oder sich selbst bewegendes Kunst-Werck machen könne, welches einem Diener gleich und geschickt ist, dessen Stelle und Bedienung zu vertreten, und in einem bestimmten Augenblick dasjenige, was man eine sehr lange Zeit über anordnen würde, zu bewerkstelligen. Der Körper ist, in Ansehung des Geistes, dergleichen sich selbstbewegendes Kunst-Werck. Hic videmus, in systemate, quod fovet hypothesen miraculis Dei adversas (uti infra cap. III. videbimus) pro argumentis philosophicis, quæ hic nulla sunt, provocari ad meram Dei *ἄνυμωτον* & nisi mysteria fingi.

6. Et quanquam se duplicata principii petitione ita gerat philosophus noster; tamen non dubitavit dissentientibus *ἀνομιαν* mentis philosophicam obiicere, & dissensus ipsorum causam in hac ipsa reponere. Ita enim locum §. 781. hætenus excussum incipit: **Und diß ist der hohe und wichtige Punct, den die meisten (bene: accipio hanc confessionem de dissensu plurimorum) für unbegreiflich halten, NB. weil sie ihn zubegreifen unvermögend sind/und deswegen die zwischen dem Leibe und der Seele vorher eingerichtete Harmonie (*harmoniam præstabilitam*) verwerfen.** Siccine vero in tanto & tam manifesto logicæ argumentationis defectu (quo non solum hæc materia, sed universum fere systema laborat) dissentientibus, quasi ipsis avena esset pro cerebro, obiicienda erat *imbecillitas iudicii*, tanquam *unica dissensus causa!* Siccine uti alias, ita hic etiam, omnis argumentationis robur collocandum erat

erat in hypothesi de *plane singulari proprio intellectu & iudicii acamine!*

7. Quæ hætenus deducta cum ita sint, & difficilissima ab ipso. cl. Auctore indicatarum, et si summæ sunt, & per se totum eius systema penitus evertunt, nulla, omnium minime illa fati physico-mechanici, cui homo totus subiaceat, nulla, inquam, ulla idonea ratione remota sit, & unquam removeri possit; manifestum est, vel per solum hoc placitum, quod quidem nexu catenato cum aliis cohæret, univèrsum ipsius systema, quantum est, seu in quantum Leibnizianis ingenii lusibus, tanquam arenis, superstructum est, penitus concidere. Et in hoc ipso effato me omnes æquos ac prudentes lectores habiturum esse plane consentientes, omni fiducia logica plane confido.

Placitum VIII.

De

**eo, quod immortalitas animæ cum sententia
de influxu causali animæ in corpus, ad
hujus motionem & rectionem,
non consistere possit.**

Certe etsi hæc opinio (de influxu animæ in corpus) est communissima; maximis tamen & periculosissimis difficultatibus est obnoxia. Exempli gratia tantum unam, quæ non exigui est momenti, adducam. Immortalitas animæ cum ea nullo modo potest consistere: id quod demonstratum est tam facile, quando aliquis distinctione cognitioni est adjectus, ut pro supervacaneo habeam.

or

argumentum aliquod huc apponere; a quo adhuc propter alias causas abstinco. *Opinio, cum qua immortalitas animae consistere haud potest, omnino est periculosissima, quandoquidem cum ea pleraque nostrae religionis capita concidunt. Plura sunt communia ejusmodi praëjudicia, quae pro Evangeliiis habentur, sed religioni maxime noxia esse deprehenduntur, quando ea distincte & in concatenatione cum aliis veritatibus cognoscimus. Cum vero indolis meae non sit, ut alicui opinionis suae onus detestum imponam, ea non prius aperiã, donec necesse est, ut onus a me devolutum in alium revolvam.* Gewiß! so gemein diese Meinung ist; so grossen und gefährlichen Schwürigkeiten ist sie unterworffen. Ich will zum Exempel nur eine anführen / die nicht vor geringe zu achten. Es kan mit ihr die Unsterblichkeit der Seele keines weges bestehen: Welches so leicht zu erweisen ist / wenn man an deutliche Erkänntniß gewöhnet / daß ichs für überflüssig erachte einen Beweis hieher zu setzen / den ich auch noch um anderer Ursachen willen zurück behalte. Eine Meinung / mit der die Unsterblichkeit der Seelen nicht bestehen kan / ist allerdings höchst gefährlich / indem mit ihr das meiste von unserer Religion über den Hauffen fällt. Es sind mehr dergleichen gemeine Vorurtheile / die man für Evangelia ansiehet / aber der Religion höchst nachtheilig befunden werden / wenn man sie in ihrer Deutlichkeit und Verknüpfung mit andern Wahrheiten einsehen lernen. Da es aber meine Art nicht ist / jemand seine Meinung zur Last zu legen / so werde ich auch damit nicht

O 3

nicht eher zum Vorschein kommen/ als bis es nöthig
ist/ daß ich die Last von mir auf einen andern welse.
In Præf. nova novæ edit. *Metaph.*

DISQUISITIO.

1. Sententiam de influxu animæ in corpus suum organicum, ad illud movendum regendumque, *maximis & periculosis laborare difficultatibus*, cl. Auctor, pro sua, quam sibi sumit, auctoritate satis confidenter pronunciat. Præcipuam vero istarum difficultatum falso creditarum in eo esse, quod sententia ista universum, quod is formavit, systema fatalis necessitatis mechanicum evertat, manifestum est.

2. *Immortalitatem animæ cum sententia illa nullo modo consistere posse*, eiusdem generis effatum est. Et cum viri omnium temporum eruditissimi, iique innumeri & singulari iudicii robore ac acumine instructi, cum universo genere humano, sententias istas duas in hunc usque diem habeant pro maxime *ἔννοιαίσις*; quo quæso documento argumentoque vir cl. (cum systema ipsius philosophicum nullum plane nobis præbeat) universo orbi erudito, immo ipsi generi humano, quod in utriusque sententiæ possessione & confessione perpetua est, persuadebit, sibi fere soli eam *solidi iudicii* mensuram obtigisse, quæ reliquis omnibus, tantum non fungorum loco habitis, sit denegata, & quæ ideo sola hic sit admittenda? Certe enim sine hac hypothesis quomodo pronunciatum istud poni potuerit, non video. Ego potius cum numero doctissimorum virorum innumero ex idoneis rationibus sum certissimus, immortalitatem animæ tam certo cum eius in corpus operatione consistere posse, quam cum trigono tres eius anguli consistunt. Vid. *Prothæmia theoremata* I.

3. Quo

3. Quo loco habenda sint verba: *Quod demonstratum tam facile est, ut pro supervacaneo habeam argumentum aliquod huc opponere; viri prudentes iudicent. Ego certe pro mea philosophicæ cognitionis tenuitate sum certissimus, demonstrationem istam non fore faciliorem & solidiorem ea, qua quis tentaturus esset demonstrare, quod nec tres anguli cum trigono, nec figura rotunda cum circulo possit consistere. Et quid volunt sibi ea: quando aliquis distinxit cognitioni est adfvetus. Unde enim demonstrabitur confusa dissentientium cognitio?*

4. Quænam vero sunt causæ istæ, cur vir clarissimus ab argumento abstinet? Prudentes scire avebunt, sed simul ad discussionem parati.

5. His ita sine ullo argumento pro auctoritate positis, repetitur pronunciatum sub forma propositionis maioris: *Opinio, cum qua immortalitas animæ consistere non potest, omnino est periculosissima. Sed quia hic omnia ad probationem propositionis minoris redeunt, supervacanea est illa maioris probatio, quando additur: quandoquidem cum ea pleraque nostræ religionis capita concidunt.*

6. *Plura esse communia ejusmodi præjudicia, quæ pro Evangelis habeantur, sed religioni maxime noxia deprehendantur, est effatum, quo vir cl. ipse non levis, nec inanes, suspiciones de arcanis philosophiæ suæ aliis vel invitis ipse insinuat. Quod si enim præjudicia ista falso credita dogmati de regimine animæ in corpus sunt similia, sunt doctrinæ principales & maxime fundatæ. Et hæc si religioni maxime noxia sunt; quam quæso sic habebimus religionem!*

7. Sed salva res est: Additur enim: *quando ea distinxit & in concatenatione cum aliis veritatibus cognoscimus, h. e., quando ea cum fati mechanici systemate conferimus. Hoc vero cum re ipsa sit utopicum, aut tantum metaphysicum,*

in foliis cl. auctoris ideis positum, non est, quod nobis inde metumus.

8. Quo autem loco habendæ sint minæ istæ de *onere a se in alios devolvendo & de præjudiciis istis, quæ adhuc pro Evangeliiis habita snt, cum in finem aperiendis*, aliorum esto iudicium. Istud tantum moneo, contra logicas bonæ disputationis leges esse, si opponens (quod officium adversus sententiam omnium gentium universalem & perpetuam perpetuo possessam sibi sumsisse virum clarissimum, nec ipse negaverit) probandi onus sibi incumbens, adhibito strategemate, a se devoltuum in respondentes revolvere laboret. Utinam vero agnosceret, quanti reatus onus e suis doctrinæ scandalis coram iusto Dei iudicio suæ ipsius conscientiz iam tum incumbat!

9. Quid vero si quis cl. Auctori, verissimo & innocentissimo dogmati de regimine animæ in corpus tanta cum confidentia obiicienti, *quod cum eo dogma religionis naturalis & revelatæ principale consistere nequeas, sed concidat, duplicatam hanc quæstionem e systemate suo proponat: Quomodo cum immortalitate animæ consistere possint hypotheses?*

1. *Quod anime ante corpora in essentia & natura simplicium elementarium, e quibus hoc universum compositum sit, exsisterint? Num hunc nodum solvet hypothesis conficta de essentiali animæ evectione in formatione corporis facta? Vid. Cap. II. Plac. II.*

2. *Quod essentia anime in facultate mundi materialis representativa consistat, adeo, ut præter illam nullam aliam facultatem in ea deprehendamus? Quod si ita est, nonne saltem status eius a corpore separata talis emergit, qui, cum per se solitarie consideratus ineptus & animæ præstantia indignus sit, atheo pronissimam dare possit ansam eius immortalitatem penitus negandi, in primis si contenderit,*

derit, animam in separatione a corpore recidere in eum statum materialitatis, in quo exstiterit ante corpus. Sic, qui in scirpo nodos finxit, nodos necit, nec eos videt.

10. Hæc hætenus de erroribus præcipuis systematis Leibnitiani: quorum centrum & periphæria cum sit in sic dicta *harmonia præstabilita*; ea nunc ultimo loco adhuc seorsum est consideranda.

Placitum IX.

seu potius placitorum hætenus disquisitorum complexus in sic dicta harmonia commercii inter animam & corpus præstabilita.

Quemadmodum ex hypothesium clarissimi Auctoris examine hætenus liquet, harmoniæ, quæ creditur, præstabilitæ supposita hæc sunt:

1. Commercium inter animam & corpus ratione influxus, seu operationis unius partis in alteram, nullum est.

2. Anima, tanquam substantia hujus universi representativa, ideas rerum corporearum sine ullo corporis & sensuum subsidio e sua ipsius essentia in cæternata & immutabili serie evolvit.

3. Corpus motus suos omnes sine ullo animæ influxu vi structuræ suæ mechanicæ habet ab aliis, qui præcesserunt, motibus, mechanica & immutabili necessitate inter se connexis.

P

4. In-

4. Interea inter ideas animæ & motus actusque corporis semper summa est *harmonia*, ita ut ideæ animæ corporis motibus, qui iis respondent, nunquam sint nec priores, nec posteriores, sed ut ea, quæ in anima & corpore eveniunt, semper quam exactissime convenient.

5. Et hæc convenientia ob immutabilitatem & necessitatem suam est *harmonia stabilita*. Quia vero stabilitio ipsos harmoniæ actus jam ab æterno præcessit, dicitur *præstabilita*.

Audiamus hic ipsum cl. Auctorem §. 765. *Cum anima propriam suam habeat facultatem mundum sibi representandi, & e contrario etiam omnes mutationes corporis in ipsius essentia & natura fundatæ sint: facile videmus, animam sua facere per se, & corpus pariter suas mutationes habere per se sine operatione vel animæ in corpus, vel corporis in animam & sine immediata Dei operatione: tantum conveniunt perceptiones & desideria animæ cum mutationibus & motibus corporis. Et hac ratione incidimus in explicationem, quam Dn. a EEIB-NIZ de commercio corporis & animæ dedit, & harmoniam præstabilitam vocavit. Sub fin. §. 766. Neesse est, ut ostendam, quomodo ejusmodi harmonia possibilis sit.*

Et porro §. 767. *Notandum itaque est, mutationes in mundo omnes indissolubili nexu se excipere; & quia pariter in anima status præcedens non potest non fundamentum sequentis in se continere, perceptiones in anima pariter indissolubili serie esse catenatas. Jam cum perceptiones (ideæ) representent mundi mutationes, tantum*

neceſſe eſt, ipſas ſub initium ſemel in harmoniam fuiſſe redactas, quæ deinceps perpetuo perdurare poterit.

DISQUISITIO.

Summus.

Harmonia præſtabilita niſi ſit falſis principiis
§. I.

Speciatim eo de ſic dictis ſimplicibus §. II.

Eadem obſtas Theologiæ naturali §. III.

Es multo adhuc magis theologiæ revelatæ. §. IV.

Si quidem nulla in ſacris hiſtoria ſecundum iſtud ſyſtema recte explicari poteſt §. V. VI.

Es illud ipſum ſpeciatim male interpretatur præcepta moralia de regimine corporis §. VII.

Nec non operationes Dei in anima §. VIII.

Es demonum in corporibus §. IX.

Item principum edicta & facinoroſorum actiones §. X.

Es ſecundum idem ſyſtema longe alia eſt diſcendarum artium ac diſciplinæ ratio

§. XI.

Doctrina autem moralis per illud plane concidit. §. XII.

Es in fingendis miraculis id abit in infinitum §. XIII. XIV.

In quos nodos incidit hoc ſyſtema propter negatam unionem animæ & corporis phyſicam. §. XV.

Iſta vero conſeclaria omnia per juſtam conſequentiam reſultant ex hoc ſyſtemate. §. XVI.

Es fruſtra huic ſyſtemati præſidium queritur in pretextu amplificatæ Dei gloriæ §. XVII. XVIII.

Ex his autem omnibus liquet, ex harmonia præſtabilita argumentum pro exiſtentia Dei deſumi haud poſſe §. XIX.

Subjungitur definitio harmoniæ præſtabilitæ. §. XX.

S. I.

Ex integra tractatione hactenus deducta liquet, systema harmoniæ præstabilitæ inniti hisce principiis, 1. ei de *simplicibus*, supra consideratis 2. ei de *definitione idealistica* spiritus in genere, & speciè animæ humanæ ac Dei ipsius; quæ definitio ex hypothësis de natura simplicium consequitur. 3. Illi de *negata unione* animæ & corporis *physica* & *statuta metaphysica*. 4. Illi de *regimine corporis* animæ abiudicato. 5. Ei de *duplici in homine automato*, uno materiali, altero immateriali. 6. Illi de *fato rerum materialium physico* & *mechanico* ita constituto, ut a nulla causa libera, nisi per miraculum, turbari possit & debeat. Quia vero hæc ipsa principia falsa sunt, uti hactenus demonstravi, cum iis iam per se concidit, quidquid de harmoniæ præstabilitæ huic arenæ superstruetum est. Quod hic in antecessum probe notandum est.

S. II.

Et ad sic dicta *simplicia* quod attinet, in illis singulare sibi refugium præsidiumque reposuerunt systematis novi architecti. Etenim quando identidem urgent, perceptiones animæ & motus corporis, aliarumque rerum materialium phænomena, semper contingere simul; & simul observant, sæpe evenire in corpore nostro & aliis corporibus motus & phænomena, antequam de iis ulla in anima existat cogitatio; immo ita, ut nulla plane de iis idea cum iisdem sit coniuncta, aut ea subsequatur; ipsis in promptu est *æquæ*. Dicunt enim, *animam ante suam cum corpore unionem, nimirum metaphysicam illam præexistisse in essentia & natura simplicium primæ speciei, seu elementarium, quorum natura sit, obscuram & insensibilem mundi representationem, seu ideificationem, habere, & hanc naturam animam*

mam, cum in formatione corporis eidem plane diversæ speciei essentia fuerit superinducta (modo enim de essentiæ transformatione, modo de novæ inductione loquuntur) retinuisse, ideoque eam pro natura una habere repræsentationes obscuras & insensibiles, pro altera distinctas. Verum enim vero, quid hoc est aliud, quam cum petitione principii ludere in re seria, & ingenioso lusu mera & incredibilia naturæ mysteria fingere? Præterea hoc præsidium mihi simillimum videtur illi, quo quis, ut latus sinistrum muniat, dextrum denudat. Etenim quid respondebitur ad obiectiones, quod sæpe in anima ideæ & volitiones de motibus existant, sine ullo motu in corpore vel nostro, vel aliorum, aut statim, aut unquam, subsequenti, qui nimirum volitioni eiusmodi consentaneus sit? Quod enim dicitur, existere sic etiam in anima non nisi ideas & volitiones rerum, non quæ fiunt, sed tantum quæ fieri debebant; se in petitionem principii resolvit, & repugnat effato generali §. 790. *Es kommen in der Seele keine Begierden hervor und entstehet in ihr kein Wollen, wo nicht zugleich eine ihnen gemässe Bewegung in dem Leibe zu gleicher Zeit entstehen kan.* Quam rigidum hoc non est fatum!

S. III.

Quemadmodum vero Theologia naturalis, quam hoc systema admittit, genuina est neutiquam: sic in eo præcipue laborat doctrina maximi momenti de *Dei providentia*. Deum enim in illo fati legibus alligari, qui inde non clarissime perspiciat, erit, quod certissimus sum, nemo inter recte iudicantes. Quod si vero, quæcunque fato fiunt, ad Dei providentiam invita utriusque notione retuleris, non poteris non Deum pro malorum omnium moralium, seu delictorum, auctore, ipsos vero delinquentes pro innocentibus habere. Quemadmodum enim Deus omnium a-

tionum motus præstabilivit: sic illi, quod agunt, agunt necessario, fato inevitabili coacti. Et etiamsi dicantur ipso animo mala omnia voluisse; tamen nec voluntatem istam, utpote fato non minus subjectam, in sua habuerunt potestate, ut potuissent non velle, aut non voluisse. Et quid dicam de *Dei cultu*? Hic certe per fatum non minus concidit. Si enim omnia sunt fatalia & necessaria, sive bona, sive mala, quæ contingunt; nec Dei timore opus est, nec eius invocatione & gratiarum actione. Et si hæc adhibentur, itidem sunt *confatalia*, quæ ideo adhibentur, quia intermitteri haud poterunt, seu pars fuerunt automati immaterialis, animæ. Atque ita actum est de Theologia naturali in hoc systemate.

§. IV.

Multo autem adhuc magis systema hoc obstat *Theologie revelate*, & eius principio, *scriptura sacra*. Nam ex eiusdem hypothesibus *scriptio virorum spiritus* nihil est, nisi effectus mechanisimi fatalis. Et quando iidem *locuti sunt*, non locuti sunt e Dei animæ imperantis impulsu, sed itidem, secundum leges motuum mechanicas, non tantum sine Dei, sed etiam sine ipsius animæ influxu ullo. Aut si quis hic ad locutionem ac scriptionem influxus Dei ac animæ locum habuit; isto totus huius universi nexus mechanicus toties fuit turbatus ac convulsus, quoties aliquis scriptionis, aut locutionis, actus factus est; adeo, ut nisi Deus actibus plane innumeris statim turbatum naturæ ordinem in integrum restituisset, ex hypothesi mundus ille primitivus innumeris vicibus iam dudum in plane alium esset mutatus. Quomodo autem Deus naturæ restitutionem potuit efficere, si spiritus non potest agere in corpus, illud movendo & dirigendo? Quod enim animæ, spiritui creato, denegatur in corpus suum organicum, etiam spiritui cre-

creatori suo modo non debere non denegari in hoc universum, totius systematis ratio docet; quemadmodum prudentibus est manifestum.

§. V.

Nulla in factis *historia* secundum hoc systema recte potest explicari. Sic v. g. *lapsus protoplastorum* omnino reditur fatalis, seu necessarius. Anima quidem ipsorum accepit præceptum positivum obedientiæ; ac illud non perstinebat ad corpus; utpote quod regimini animæ non suberat. Unde, quando manum extenderunt ad fructum vetitum, id animæ & voluntati ipsorum non adscribendum est, sed structuræ corporis mechanicæ & necessitati motuum præcedentium fatali, per quam ad extensionem manus & ipsam fructus comestionem nexu plane inevitabili sunt coacti. Et quando anima protoplastorum transgressionis actum in ideis concepit, seu sibi representavit ac desiderio suo decrevit, ideas suas e sua ipsius essentia per necessarium antecedentis status nexum evolvit. Unde porro concidit status innocentis antecedens. Concidit arbitrii libertas & eius usus ac abusus. Nec *Cainus* alio, quam mechanico, qui inevitabilis erat, motu ad cædem Abelis processit, ideo a Deo sine culpa sua (liceat ad hypotheseos absurditatem noxamque ostendendam sic loqui) fuit reprehensus & in exitum electus.

§. VI.

Sic postquam *Noahus* accepit mandatum de extruenda arca, non animæ per corpus, sed ipsum corpus sine directione animæ e motibus mere mechanicis arcam fabricavit. Idem dicendum est de filiis eius: quibus cum pater aperiret mandatum & scopum Dei, os eius locutum est sine concursu animæ e motu aeris, cui resistere haud potu-

it;

it, ipso mechanismo sermonem formante. Quid? quod, cum Deus præceptum daret Noacho & Noachus filiis; mandatum hoc non per sensus penetravit in animam, sed anima mandati ideas e sua natura sine ullo auditus subsidio in se evoluit. Et quamvis *Abrahamus*, *Ure Chaldæorum* ad mandatum Dei, anima corpori motum ad profectorem imperante, egressus, in Cananæam concessisse dicitur; re tamen vera, seu ex hypothesi, solo motus mechanico ab aliis, qui ipsum circumstabant, corporibus necessario eo fuit adactus, non aliter, quam machina rotis instructa aliorum devolvitur. Et cum *Moses* tabernaculum ac *Salomon* templum Domini extruendum curarent, dicuntur quidem cum universa artificum & operariorum multitudine ad præscriptum Domini omnia peregrisse, ipso Domini spiritu primariorum artificum animos fabricam edocente: at re ipsa, seu ex hypothesi, ista omnia peracta sunt, etiam sine ullo concursu ipsius animæ humanæ, secundum solas mechanismi leges, ipso fato operationum omnium motus dirigente. Eadem est ratio historiarum scripturæ sacræ reliquarum omnium ac singulariarum, nec non earum, quotquot *historiæ civilis* monumenta continent, & quotquot quotidiana nobis experientia exhibet.

§. VII.

Quid dicam de *præceptis* scripturæ sacræ *moralibus*? Ex istius systematis hypothesibus errat scriptura, quando animæ dominium & regimen in corpus tribuit. Certe animæ frustra injungitur, ut *peccato dominium non permittat in corpus, ad ipsi obediendum: ut corporis sui membra peccato serps non fistat, sed Deo et iustitia*, Rom. VI, 12, 13, 14. Frustra admonentur Christiani, respectu animæ suæ (quæ sola admonitionum erat capax) *ut corpora sua Deo offerant in hostias* c. XII. 1. *ut corporis curam habeant, sed non ad lasciviam* c. XIII,

o. XIII, 14. ut *membra sua scortationi non faciant obnoxia* 1. Cor. VI, 15. Nec quisquam respectu animæ suæ potest *peccare in corpus*, quod tamen perhibetur & prohibetur, ibid. Nec Paulus arcanum harmoniæ præstabilitæ intellexit. Alias enim non dixisset: *Ego in servitutem redigo corpus meum &c.* 1. Cor. IX, 27. Neque opus erat, ut Paulus Ephesiis iniungeret, ut *manibus suis operarentur*, utpote per se iam e solis mechanisimi legibus aut operaturis, aut cessaturis. Et quid opus erat præcepto ad animam directo *de lingua*, non animæ, sed solius fati mechanici instrumento, *coercenda*. Ephes. IV, 29. Prætereo innumera alia. Verbo: uti universa scriptura; sic omnis religio & integra doctrina moralis, ea etiam, quæ philosophice traditur, ex huius systematis legibus ita concidit, ut atheorum & empætarum omnium ludibrio exponatur.

§. VIII.

Miracula in eodem per iustam hypothesum consequentiam concidere, infra cap. III. seorsum demonstrabitur. Eadem est ratio *operationum Dei in animam regeantam, & animæ in regimen sui ipsius corporis*, ex influxu divinæ gratiæ. Quod si enim vel tantillum, quantum in motione pedis, aut manus est, ex isto principio non mechanico, seu e principio gratiæ, eveniret; oporteret inde integrum huius universi nexum mechanicum turbari ac convelli, adeo, ut alius inde mundus emergeret. Ut nihil nunc dicam de operationibus brutorum v. g. apum &c. artificiosissimis, secundum hoc systema itidem mero corporum ac corpusculorum mechanismo materiali, sine ulla ratione contra omnem rationem, adscriptis, certe vi hypotheseos adscribendis.

§. IX.

Quot & quanta scandala præbuerit BALTHASAR BE-
Q
 CKE.

CKERUS libro suo, quem, principiis Cartesianis fasciatus, *mundum fasciatum* inscripsit, & quo, adhibito equuleo hermeneutico, pernegavit, dæmones, tanquam spiritus, in corpora egisse, & hoc exemplis biblicis comprobari posse; nemo ignorat. Quid vero aliud sibi vult hypothesis clarissimi Auctoris nostri de negata animæ in corpus operatione, quam hoc ipsum? Certe enim ea salva concedere nequit, spiritus ab anima diuersos corpus humanum posse inhabitare, idque, Deo permittente, pro lubitu suo posse regere, ac speciatim os eius ad loquelam movere; aut, si concesserit, tot cogitur statuere miracula, quot motus, universo huic turbationem inferentia. Et sic Christi præsertim temporibus non potuisset non nexus huius universi innumeris modis ac vicibus turbari & per nova miracula in integrum restitui.

§. X.

Secundum hoc systema *principes edicta* promulgant, non pro suo & ministrorum suorum consilio, sed ductu universi mechanico, eoque duplicato, uno immateriali, animæ, tanquam automati, altero corporis, itidem automati, materiali: & quando *bellagerunt*, in ipsa acie universa pugna est mechanica, prout motuum necessariorum leges ferunt. Et *milites*, si adversus ipsos duces ac principes suos arma ceperint, ea fatali necessitate adacti non potuerunt non capere. *Fures* etiam ac *homicidæ* aliique facinorosi non plectuntur e sua, sed e fati, cuius præstabilitio ad ipsum Deum redundat, culpa. Nec *magistratus* in irroganda pœna agit ex arbitrio libero, ad leges relato; sed ex necessitate naturæ suæ, ita ut iustitiæ administratio automati judicialis pars sit.

§. XI.

Longe etiam alia ex hac hypothesis erit *arrium* ac *discipli-*

scipillarum tradendarum & addiscendarum ratio. *Oratoriam* nemo tenetur ex præceptis animæ comprehensis dirigere; sed elocutionem iubemur permittere soli ori; utpote e structura sua mechanica secundum circumstantium corporum motus satis bene locuturo, etsi corpus vel ipsa anima esset vacuum. Et quando *audisores*, sive in concionibus, sive in lectionibus academicis, auribus suis sermones percipiunt, ex atrium organæ nihil transit in animam, sed auditorum animæ iam per se & ex necessitate nature suæ ideas sermonum istorum in se ipsis & ex se ipsis eadem serie, qua sermones habentur, evolvunt, eas evoluturæ, *etsi nec mundus, nec corpus ipsum adesset*: quemadmodum, qui *sermocinantur*, id faciunt non ex præmeditatione, aut ex ullo animæ concursu, sed solius mechanisimi beneficio, corporibus suis etiam sine anima sermocinaturi. Et in ipsis artibus mechanicis, maxime ingeniosis illis, artificum manus & digiti non artis, anima comprehensæ, sed solis motuum mechanicorum legibus diriguntur.

§. XII.

Taceo innumera alia. Nec enim in societate humana quidquam remanet, quod hoc systema non invertat. Quæ inversio maxime fit conspicua in *doctrina moralis*. Quia enim in hac ad *libertatem & actiones voluntarias* redeunt omnia, voluntarium vero huic systemati est, non quod *voluntas explet*, sed per quod voluntas vi mechanisimi *expletur*; tota ista doctrina concidit, cum homo nil sit, nisi *duplicata & unione metaphysica coherens machina*, non libere *agens*, sed in omnibus necessario *acta*.

§. XIII.

Præterea cum hoc systema veri nominis *miracula* in speciemina concedat, ut ea re ipsa si non evertat, tamen

Q 2

ad

ad ea per iustam consequentiam neganda præmissas subministraret validissimas, uti infra videbimus; in *singendis miraculis* abit in infinitum, miracula ita cumulans, ut *nihil nisi miracula* ponat, speciatim in humano genere, eorumque numerum vel ipsius arenæ maris numero reddat longe cumulatorem. Nam statuit, ideas rerum corporearum in anima oriri sine ullo corporis subsidio, utpote orituras, et sine corpore, nec mundus ipse extra animam existeret. Statuit, corpus & eius membra moveri sine ullo animæ subsidio & influxu, eaque eodem modo mechanice motum iri, etsi vel anima esset vacuum. Jam vero ideæ istæ & motiones corporis numero plane infinitæ sunt pro nostro comprehendendi modo: simul tamen & ideas & motiones ita fieri posse, & rationi & experientiæ repugnat, ut quam maxime. Sunt ergo miracula. Et nondum satis est miraculorum. Accedit novus, isque itidem infinitus, miraculorum cumulus in ipsa *harmonia*. Quoties enim anima ideas rerum corporearum sine corpore format per miracula; & quoties corpus vel ullum eius membrum sine concursu animæ movetur per miracula; toties per ipsam harmoniam nova fiunt miracula, scilicet quod idea motus nec citius, nec ferius, in anima existat, quam ei corporis motus respondeat; & quod corporis motus eodem cum ideis, ex animæ essentia evolutis, tempore fiant. Nulla enim hic dari potest ratio naturalis huius convenientiæ exactissimæ. Quodsi provocatum fuerit ad Dei præstabilitionem, quæ eventibus istis naturam miraculorum adimat, faciatque, ut omnia naturaliter eveniant; provocatio ista committit petitionem principii nondum probati, nec unquam probandi. Quid? quod contradictorium sit, aliquid fieri *naturaliter*, nec tamen habere ullas causas naturales, rationi & experientiæ obvias, sed huic potius ac isti quam maxime repugnare. Multo itaque maioribus ac pluribus difficultatibus laborat

hoc

hoc systema, quam ineptum illud *CARTESII* *Causarum occasionalium*, qua ipse Deus occasione animæ sic cogitantis & corporis sic moti, sine ullo influxu unius partis in alteram, *aiunt*, omnes corporis motus & animæ ideas efficere dicitur.

§. XIV.

Et quid dicam de miraculis, quæ ex hypothesi eveniunt in animarum cum corporibus *unione*, & in earum exitis digressionem per mortem. Certe vel hinc emergunt *tres* novæ infinitorum *miraculorum classes*. quarum *prima* est in eo, quod animæ hominum, quæ ante corpora sua in mero simplicium materialium statu fuisse dicuntur, in formatione mutata essentia sua, alias per se immutabili, evahantur in novam animarum mere spiritualium & immortalium speciem, aut duplicatam accipiant essentiam: *secunda* miraculorum innumerorum classis est in eo, quod animæ & corpora, substantiæ physice distinctæ, in hoc systemate non nisi *metaphysice* uniantur: *tertia* in eo, quod in hoc systemate, negata unione & communionem inter animam & corpus physica, nulla possit dari ratio, cur & quomodo anima per mortem habitaculum suum deserat, ideoque mors non nisi per merum miraculum possit contingere, & per consequens mors nulla detur naturalis, sed *omnis mors sit miraculosa*, aut *metaphysica*, h. e. naturæ portentum. Et cum ex hypothesi omnis gratiæ divini influxus in animam nihil sit, nisi miraculum proprie dictum; universam etiam regnum gratiæ nihil habet, nisi miracula, adeo ut in utroque, naturæ & gratiæ regno; saltem respectu generis humani, via agendi per miracula sit ordinaria, & via non agendi per miracula sit plane extraordinaria. Quæ manifesta contradictione ante denuo universum hoc paradoxiarum

Q. 3

syste-

systema penitus evertatur, alii diiudicent. Huc accedit Cl. auctoris hypothesis, quod *is mundus, in quo miracula, sunt rariora, multo sit præstantior ac perfectior eo, in quo sunt frequentia.* Metaph. §. 1039. Quid ergo dicendum erit de mundo isto Leibniziano, in quo respectu generis humani plane nihil fit sine miraculo?

§. XV.

Nec prætereundum est, in hos aliosque plures nodos & difficultates plane insolubiles incidere philosophos Leibnitianos ex eo, quod *unionem & communionem animæ & corporis physicam* negant; & hanc ipsos negare ideo, quia modum eius ignorant. Unde crederes, ipsos systema fuisse electuros, in quo nulla modi ignorantia locum habeat, sed plana & perspicua sint omnia. Verum enim vero pro nodo simplici non insolubili ipsosnectere mille insolubiles, quis non videt & miratur? Atque ita non immerito mea hic facio illa ipsius SPINOZAE præfat. part. V. Ethicæ de paradoxia Cartesii, qua is, unione ac communionem aliqua animæ & corporis ad glandulam cerebri pinealem relata, multa nulla ratione comprehensibilia comminiscitur: *Hæc est clarissimi hujus viri sententia, quam ego vix credidissem a tanto viro prolapsam esse, si minus acuta esset. Profecto mirari satis non possum, quod vir philosophus, qui firmiter statuerat, nihil deducere, nisi e principiis per se notis, & nihil affirmare, nisi quod clare & distincte perciperet, & qui toties scholasticos reprehenderat, quod per occultas qualitates res obscuras valuerint explicare, hypothesein sumat omni occulta qualitate occultiore.*

§. XVI.

Jam quidem nihil est certius, quam clarissimum Auctorem hæc systematis sui consuetaria simpliciter esse
ne-

negaturum ac pernegaturum. Verum enim vero philoſophi eſt, non reſpondere ad concluſionem, ſed ad præmiſſas, & e concluſionum, quæ juſta conſequentia e præmiſſis deductæ ſunt, falſitate & abſurditate ipſarum præmiſſarum naturam agnoſcere, uti habet *Poſtulatam Protheorie XII. & Theorema II.* Conſequentiam vero in iſtis omnibus tam eſſe certam ac neceſſariam, quam certum eſt ac neceſſarium, e natura trianguli ſequi, tres eius angulos duobus rectis eſſe æquales, & triangulum habere tria latera; omnes prudentes lectores mihi daturus eſſe confido.

§. XVII.

Utrum vero eſt, in quo maximum ſyſtematis ſui præſidium quærit Auctor doctiſſimus, ſcilicet illud ipſum *majeſtatem ac gloriam Dei*, præcipue in *præſcienſia & ſapientia* poſitam, tantopere evehere ac illuſtrare, quam nulum faciat & facere poſſit aliud ſyſtema. Deum enim præſcienſendo præſtabiliviſſe omnes omnium *animarum cogitationes*, & ipſis accommodaſſe omnes ac ſingulos motus ædusque corporis, maximos & minimos, ipſamque oris loquelam & manus ſcriptionem ac reliquam operationem omnem; Item ipſum præſtabiliviſſe omnes *motus & actiones corporis & oris fermocinationes*, & iis præſtabilitione ſua accommodaſſe omnes ideas, ſeu cogitationes animæ ſine ullo hujus concursu in ſingulis hominibus: & hoc ipſum eſſe eiſmodi cognitionis abyſſum, de qua mens humana ſine ingenti ſtupore ne quidem cogitare poſſit. Audiamus denuo ipſa verba eius, etſi ex parte iam alibi poſita: *Absonderlich erhebet die vorherberſtimmete Harmonie die Weiſheit GOTTES über alles, was gedacht kan werden. Denn da hier alle Bewegungen des Leibes aus ſeinem Weſen und durch ſeine Kraft, ohne Zuthun der Seele, erfolgen, die ihren begehren gemäß ſind, auch wenn wir vernünfftig reden, ja alle Gedancken*

Den der Seele, es mögen entweder Einbildungen, oder allgemeine Begriffe, Urtheile und Vernunftschlüsse seyn, in dem Leibe vorgestellet werden, dergestalt daß alles in dem Leibe auf eben die Art sich äußern würde, wie jetzt geschieht, wenn gleich keine Seele zugegen wäre; so sind unzählig viel Absichten, die alle durch die Zusammensetzung des Leibes erhalten werden. Und ist demnach unser Leib mit unaussprechlicher Weisheit zusammen gesetzt, die wir zu begreifen nicht fähig sind. Da nun GOTT die Welt gemacht, seine Vollkommenheit dadurch zu zeigen, durch nichts aber mehr als durch die vorherbestimmte Harmonie solches geschehen kan, und aber dieses bey der vorherbestimmten Harmonie alles so wol in der Seele, als im Leibe natürlich (h. e. necessitate naturæ & fatali, uti supra percepimus) zugehet; hingegen bey der unmittelbaren Würdung Gottes alle augenblick Wunder-Werke, so wol an dem Leibe, als an der Seelen geschehen, GOTT aber das natürliche den Wunder-Wercken vorziehen muß: so erhellet überflüssig, daß er die vorherbestimmte Harmonie seiner unmittelbaren Würdung muß vorgezogen haben. §. 1050. Item; §. 1052. Die vorherbestimmte Harmonie zeigt die Vollkommenheiten Gottes, wie sie an sich sind, nemlich in einem so hohen Grade, daß es dieselbe zu begreifen unmöglich fällt. Warum wolten wir einer Sache deswegen zuwider seyn, daß sie die Herrlichkeit Gottes allzu groß machet? At vero cum universum istud systema sua se absurditate ipsum penitus destruat, habet atheus, quod in argumento, pro Dei existentia & gloria inde desumpto, rideat & explodat. Taceo, Cartesium idem argumentum, etsi icidem nullo plane fundamento, eadem tamen ratione pro systemate suo, allegare possuisse; quandoquidem permagna utriusque systematis analogia

gia est, Cartesio omnia ad immediatam Dei operationem, cl. ausem Auctore nostro ea ad eius præstabilitionem, referente. Mirandum itaque est, cl. Auctorem aliorum dissentium: ita accipere potuisse, *ac si divina gloriæ amplificationem, quasi hypothesi sua promotam, ferre non possent*: Cur, inquit § 1053. alicui rei advertaremur, quod gloriam Dei nimium extollat: *Warum wollen wir einer Sache deswegen zu wieder seyn, daß sie die Herrlichkeit Gottes allzu groß machet?*

§. XVIII.

Præterea probe observandum est, cl. Auctorem in prædicanda systematis sui præstantia, quod Dei maiestatem infinitis modis evehat, tantum ad *sapientiam* eius provocare; libertatis eius admodum exigua, sanctitatis vero plane nulla, mentione facta, & quidem pro indole systematica. Quemadmodum enim Deo nulla relinquitur libertas, nisi inmundi, qui supponitur, optimi electione, & in miraculis ita limitatis, ut penitus negari possint: ita sanctitati eiusdem in eodem locus esse nequit ullus; siquidem per evidentissimam & cuivis geometricæ demonstrationi simillimam consequentiam Deus omnis mali, physici & moralis, auctor unicus & solus constituitur. Et *justitiæ* divinæ non alius est locus in hoc systemate, quam quæ Deus, ut *architectus mechanicus*, satisfacit Deo, ut *legislatori*; h. e. ut peccata consequantur poenæ per ordinem naturæ mechanicum, bonæ etiam actiones secum trahant remunerationes per media machinalia respectu corporum, uti cl. auctor *Commentationis hypotheticæ* ex hypothesi p. 8, 9. loquitur, ista tamen per omnia sua facere dubitat. Certe enim quod tantum de certis iustitiæ actibus dici poterat, de ea in universum non erat affirmandum, Quæ cum ita sint, falsa, ne dicam periculosa, est illa sapientiæ divinæ exaltatio, quæ non solum in meris positur non entibus, sed etiam cum reliquorum attributorum depressione & offensione coniuncta est.

R

§. XIX.

§. XIX.

Quæ cum sit huius systematis ratio, facile diiudicari potest, quantum valeat illud cl. Auctoris nostri argumentum, quod inde pro existentia Dei desumit: *Jam, inquit, cum anima & corpus, quorum unum sine altero esse potest, ideoque non necessario cum altero coniunctum est, non casu possint convenire, non potest harmonia inter animam & corpus locum habere, nisi sit ens intelligens, & a mundo diversum, quod animam & corpus coniunxit, (nimirum metaphysice.) Atque ita hinc sine contradictione sequitur, esse auctorem mundi & naturæ; h. e. Deum: weil die Seele und der Leib, deren ein jedes ohne das andere seyn kan, und demnach nicht bey einander nothwendig ist, nicht ohne gefahr zusammen kommen, so kan keine Harmonie zwischen Seel und Leib sich befinden, wo nicht noch ein verständiges und von der Welt unterschiedens Wesen ist, welches sie zusammen gebracht. Und folget demnach daraus unwidersprechlich, daß der Urheber der Welt und der Natur, das ist ein GOTT ist. Argumenti forma hæc est si est harmonia inter animam & corpus præstabilita, qualem systema Leibnizianum tradit, existit Deus, huius universi auctor. Quid si atheus non solum dixerit, sed etiam demonstraverit, falsum esse antecedens? Nonne consequens, seu dogma, de existentia Dei, eius ludibrio erit expositum? Et quando cl. auctor ita pergit: *Hinc etiam singula Dei attributa possent demonstrari, nisi consultius esse diceremus, hæc infra alio modo deducere*: id iam per se condidit. Et quando hæc infra e definitione Dei idealistica, quod sit substantia universi repræsentativa, deducere al laboravit, tantum non quasi e pumice derivavit aquam, in argumentationis arena, quæ calce logica caret. Et nihilo tamen minus §. 1069. ut istud demonstrationis specimen meritis suis singularibus adscribatur, haud obscure postulat.*

§. XX.

§. XX.

Hisc ita deductis, non inconsultum erit harmoniam praestabilem ita definire:

Harmouia de commercio inter animam & corpus praestabilita (qua unione, communionem & operatione physica inter duas hasce substantias physice distinctas negata, & unione metaphysica asserta, homo habetur pro duplici automato, (spirituali & materiali, quorum phaenomena sine ullo mutuo influxu ac subsidio e quadam Dei praestabitione harmonice & necessario, seu in necessaria antecedentium & consequentium concatenatione, eveniant) est chimæra, quæ a pseudophilosophia Stoica & Cartesiana, nec non a Spinoziana, est formata, ab illustri autem Leibnitio adoptata, & per lusum ingenii pigmentis pseudometaphysicis exornata; chimæra biformis, cuius centrum & peripheria omnis, sublata omni veri nominis libertate, est in fato physico, & quæ absurditate sua semet ipsam destruit.

Appendix Capitis II.

De cl. Auctoris doctrina morali.

Cum huius systematis principia se omnino etiam per *physicam & doctrinam moralem* diffundant, de harum

R 2

disci

disciplinarum analogia inde facite potest iudicari. Et ad doctrinam moralem quod attinet, sine eius examine, aut multa epicrifi, referam historice, quæ habet præfatio, uno atque altero lemmate ex ipso eius syntagmate subiuncto, iudicio autem lectoribus maxima ex parte relicto.

1. Scribit, se omnia in perpetua connexione propoſita & natura Dei & animæ (quatenus illa in Metaphysicis descripta est) demonstratum ivisse: atque ita doctrinam suam moralem recte intellecturis necessariam esse, ut sibi systema metaphysicum de Deo, mundo & anima reddant familiarissimum.

2. Scribit, doctrinas a se defensas discrimen naturæ & gratiæ, & huius prærogativam insignem, ostendere.

3. Principia metaphysica de Deo, mundo & anima, hæcenus examini subiecta, identidem per integrum doctrinæ moralis corpus, citatis §§. allegat, omnia inde quasi deducta rursus ad ista referens.

4. Ipsum libri initium his fit verbis: *In experientia deprehendimus fundatum, tam aliquot cogitationes animæ, quam MOTUS CORPORIS A VOLUNTATE ANIMÆ ORIRI* §c. Wir finden in der Erfahrung gegründet, daß so wohl einige Gedanken der Seele, als Bewegungen des Leibes von dem Willen der Seele herrühren, andere hingegen ihm nicht unterworfen sind. Et paulo post: *in voluntate mea positum est, velim ne iam stare, an sedere*. Es stehet in meinem Willen, ob ich iezund stehen oder sitzen will. Quæ de motibus corporis, a voluntate animæ deductis, verba utrum lector prudens habere velit pro manifesta contradictione, systemati metaphysico opposita, an vero pro asserto plane alius, ac ipsa sonant, sensus, ipsi relinquo. Posterius vero hic præferendum esse priori, integer contextus huius primi §. consequens, in quo Metaphysica systematis mechanici principia decies quater allegari videas, ostendit.

5. Et

5. Et huc pertinent illa eiusdem §. verba: *Motus corporis, per quos DESIDERIA ANIMAE EXPLENTUR* (passive pro: quos desideria animæ in corpore *explent*) *sunt libera respectu animæ*: de qua animæ libertate iudicari potest e Placito IV. huius cap. II. Confer, quæ mox sequentur.

6. Ad naturam vero huius libertatis indicandam allegat e Metaph. §. 884. 885. ubi inter alia hæc leguntur: *Verum omnino est, corpus extrinsecus, nempe a rebus, quæ in organa sensuum operantur, ad motus suos determinari, neque istis resistere posse, sed eos necessario producere. Et hac ratione etiam illi motus, qui PRO VOLUNTARIIS HABENTUR, PER QUOS NEMPE DESIDERIUM ANIMAE EXPLETUR, IN CORPORE SUNT NECESSARII. Sed hoc fit sine detrimento libertatis animæ. Perinde enim est, sive anima per facultatem suam corpus ad motus suos determinet, sive cursus naturæ ita sit ordinatus, ut res corporeæ illud, prout consentaneum est voluntati, ad motus suos adducant. Es ist freylich wahr, daß der Leib von aussen, nemlich von denen Dingen, welche in die Gliedmassen der Sinnen wirken, in seinen Bewegungen determiniret wird, NB. auch er den Bewegungen nicht widerstehen kan, sondern sie nothwendig hervor bringen muß. Und auf solche Weise sind auch diejenigen Bewegungen, NB die man vor freywillig hält (pro: die freywillig sind) dadurch nemlich das Verlangen der Seele erfüllet wird (pro: die es erfüllet) in dem Leibe nothwendig. Allein dieses geschiehet der Freyheit der Seelen ohne Nachtheil. Denn es ist gleichviel, ob die Seele durch ihre Krafft den Leib zu seinen Bewegungen (in quo tamen fundamentum imputationis morales est) oder ob der Lauff der Natur so eingerichtet ist, daß die Körperlichen Dinge ihn dem Willen der Seele gemäß zu seinen Bewegungen bringen. §. 884. Hoc est, perinde est, an actiones & motiones, quæ liberae & voluntariae sunt, & per organa*

corporis perficiuntur, causam suam habeant in libertate arbitrii, an vero in fato mechanico & necessario. En fundamentum doctrinae moralis! Et §. 886. *Possibile vero est, cursum naturae ita ordinari, ut corpora hominum ac bestiarum, prout voluntas et desideria, quae habent, consentaneum est, ad certos motus determinentur.* Es ist aber möglich, daß der Lauff der Natur dergestalt eingerichtet wird, daß die Leiber der Menschen und Thiere denen Begierden und dem Willen, den sie haben, gemäß zu gewissen Bewegungen determiniret werden, scilicet, ut eas intermittere non possint, sicut nec ipsas volitiones secundum Cap. II. Placitum IV. omittere potuerunt, sed ex necessitate naturae in se evolverunt. Hæc habet ipsum systematis moralis exordium.

7. Reliqua huius libri prætereo. Perpauca tamen e Parte eius tertia quam brevissime attingo. Sic cap. III. inter alia nequaquam genuina §. 705. hæc legimus de *timore servili*. Wenn der Mensch erkennet, GOTT habe den Lauf der Natur dergestalt eingerichtet, daß auf böse Handlungen, die seinem Willen zuwider sind, Unglücksfälle erfolgen können, und also versichert ist, daß ihn GOTT um des bösen Willen straffen kan, der fürchtet sich, wenn er böses thun soll. Hic videmus, vi systematis metaphysici universum iustitiæ divinæ vindicis negotium referri, non ad liberam Dei voluntatem, pro lubitu suo ministerio creaturarum libere utentem, sed unice ad fatalem illam & necessariam consecrationem mechanicam, quam hoc systema in hoc universo statuit. Quam vero arenosum hoc sit timoris fundamentum, quis non videt? Nam consecutio ista huius universi, ut magni automati, fatalis, qualem hoc systema admittit, est nonens; uti supra abunde fuit demonstratum. Et hoc ipsum timoris argumentum ideo impio movere non potest, quia ex ipsa experientia norunt, sæpe evenire contrarium, scilicet sceleratis omnia fluere ad votum, probos
vero

vero a calamitate adeo non esse immunes, & ea raro sit sola, seu unica. Atque ita ex hoc argumento potius adduci possunt ad Deum vindicem plane abnegandum. Quod si vero admittunt hypothesin de iustitia Dei vindice, ad nexum huius universi mechanicum adstricta, pro timore solvuntur in omnem Epicuream securitatem, cum ipso Numinis contemptu coniunctam. Vi enim istius hypotheseos certo persuasi sunt, in hoc universo nihil potuisse & posse evenire, nisi quod actu eveniat, ideoque supervacaneum esse, ut alia vel timeantur, vel sperentur. Ea, quae et Auctor huic conclusioni opponit, eo minus nodos istos solvunt, quo magis in systemate suo, uti supra vidimus, urget, ipsas etiam animae & corporis actiones ex istius & huius essentia evolvi, seu fieri necessitate naturae. Quo principio coniunctim admisso, homo improbus etiam a priori, seu respectu ipsarum actionum suarum, quibus poenae & praemia non nisi structura huius universi mechanica impendere dicuntur, eo adigitur, ut excussa omni sollicitudine se suo affectuum ductui vehementiori, tanquam legi naturae immutabili, permittat. O miserum itaque timoris fundamentum!

8. Sic. c. V. de precibus: So bald wir uns Worte gebenden, inquit §. 742. entsteht auch im Gehirne eine gewisse Bewegung, die mit ihr zusammen stimmt, und aus dieser Bewegung erfolgen die Bewegungen in den gliedmaßen der Sprache, daß wir reden, was wir gebenden, wofern nicht solches gehindert wird, in welchem Fall wir bloß eine Bemühung zureden haben. Haec verba cum locis e Metaphysica allegatis, nimirum §. 837-840. aliisque collata, non aliter intelligi possunt ac debent, quam fert absoluti fati supra descripi ratio, secundum quam anima & corpus, tanquam duo automata, non e libertate, sed ex necessitate naturae, orant, animo cogitando, os non regimini animae, sed immutabilis fa-

et mechanicis legibus obsequendo. Et hac ratione preces nullae sunt. Item §. 747. inter alia haec ponuntur: *Es bringet uns das Gebet zu einem heiligen Gebrauch der Affekten, und machet, daß uns die Slaverey nicht schadet.* Metaph. §. 491. Quod doctrinae moralis effatum tantum non in portentum degenerat, si locum e Metaph. allegatum conferamus. Sic enim ille se habet: Da nun bey den Affekten der Mensch nicht gedendet, was er thut, und er demnach seine handlungen nicht mehr in seiner Gewalt hat, so wird er gleichsam gezwungen zu thun und zulassen, was er sonst nicht thun, noch lassen würde, wenn er deutlich begriffe, was es wäre. Miseras vero preces, quae affectuum indomitorum mancipiis servitutem suam irrationalem ita nobilitant, ut ipsis non noceat. Quis vero non videt hic analogiam fati?

9. Ceterum notandum est, in systemate morali multa occurrere, quae, quia in se considerata rectora sunt, cum systemate metaphysico consistere nequeunt: v. g. in ipsa hac de precibus materia inter alia de conceptis precum formulis p. 51. a. haec legimus: *Es dienen auch die Formeln dazu, daß wir unsere Gedanken besser bey dem Gebete erhalten, und unser Gemüth von fremden Gedanken, welche uns sonst stöhren und die Andacht unterbrechen würden, abhalten etc.* Nam ex hypothesi systematis metaphysici anima omnes suas cogitationes & perceptiones, sine ullo corporis & sensuum subsidio, e sua ipsius essentia nexu catenato, automati instar, evolvit: nec quidquam e sensibus in animam transit, ita ut eam tangat & quidquam in ea mutet. Jam vero, quomodo his suppositis, precum formulæ, quae ab alio concepte sunt, & non nisi oculorum & aurium ministerio admitti possunt, ita possunt penetrare in animam, ut eam in certo cogitationum & desideriorum genere, ab aliis abstractam, contineant. Prætereo multa alia. Sapienti sat!

EPI-

EPICRISIS

Ad commentationis Sect. II. de Harmonia commercii inter animam & corpus præstabilita.

Disputatio omnis hic redit ad has quæstiones:

1. An systema harmoniæ præstabilitæ habeat multa communia cum erroneo Spinozæ systemate, inde accepta?
2. An systema illud Leibnizianum sit libertati adversum & contingentiam tollat?
3. An hoc ipsum systema philosophiæ morali & civili, adde & societati humanæ universæ & ipsi etiam theologiæ naturali & revelatæ, adversum?
4. An doctissimus auctor *commentationis hypotheticæ* hoc systema ab his difficultatibus liberaverit?
5. An cl. Auctor sic dictæ *commentationis luculentæ* nodos hujus systematis solverit?

MEMBRUM I.

De quæstione prima.

Status controversiæ.

Non quæritur: 1. An systema Spinozæ philosophicum generatim consideratum in omnibus conveniat cum systemate Leibnizii itidem generatim considerato? nec 2. An Leibnizius plagio quodam literario Spinozæ operibus systema suum surripuerit? multo minus 3. An e solis istis locis: *Mens & corpus* &c. Ethic. p. 97. *Ordo & connexio idearum* &c. Ethic. p. 137. consensus iste omnimodus & plagium istud demonstrari possit? Hæc tria non sunt in quæstione; nec vnquam audiui, aut legi, hæc a quoquam fuisse adserta. Ea tamen sibi oppugnanda sumsit cl. Auctor commentationis, ideo *συναμαχίαν* committens. Sed quæstio est: *Anne systema istud*

istud Leibnizii speciale de Harmonia commercii inter animam & corpus præstabilita, cum systemate Spinosano, respectu commercii inter animam & corpus considerato, tam multa habeat communia, ut pro adoptato aliquo pseudophilosophiæ Spinosianæ foetu haberi possit? Quid de hac quæstione statuam, aperte dicam & demonstrabo.

Propositio.

Systema Leibnizii de harmonia commercii inter animam & corpus præstabilita cum systemate Spinosæ, salva utriusque diversitate aliqua, ea habet communia, ut pro adoptato pseudophilosophiæ Spinosianæ foetu haberi possit.

Demonstratio.

§. I.

Substantia quasi systematis Leibniziani posita est in 6. hisce hypothesibus: 1. Animam non agere in corpus, hoc in loquela & aliis actionibus movendo ac dirigendo: 2. Corpus cum organis suis non inservire animæ ad ideas de rebus corporeis formandas: sed 3. animam, tanquam automatam immateriale, omnes ac singulas ideas suas catenata & immutabili serie e se ipsa evolvere: & 4. motus corporis omnes in eo fieri vi solius structuræ mechanicæ & non nisi ad motum ab alio corpore determinari, & hoc rursus ab alio, & sic in infinitum. Interea vero 5. ordinem & connexionem rerum, in mente eandem esse ac ordinem & connexionem rerum, seu
 motuum

motuum ac mutationum in corpore. Hunc vero ordinem, seu hanc animæ & corporis harmoniam 6. esse a Dei prædeterminatione. Sex hasce hypotheses continere præcipua, si non omnia, capita systematis Leibniziani specialis, de commercio animæ & corporis, nemo negabit, qui placita capituli tertii in disquisitione vel mediocri attentione consideraverit.

§. II.

Jam meum erit, ut demonstrarem, plane eadem, partim iisdem, partim diversis, sed ejusdem, quod ad rem ipsam attinet, sensus verbis adseruisse Spinosam.

Locus primus, secundus & tertius.

Voluntas certus cogitandi modus est sicut intellectus, adeoque unaquæque volitio non potest existere, neque ad operandum determinari, nisi ab alia causa determinetur, & hæc rursus ab alia, & sic porro in infinitum. Eth. P. I. §. XXXII. Dem.

In mente nulla est absoluta, sive libera voluntas; sed mens ad hoc, vel illud volendum determinatur a causa, quæ etiam ab alia determinata est & hæc iterum ab alia, & sic in infinitum. Ethic. P. II. prop. 48. p. 85. Conf. p. 99. *Homines ea sola de causa liberos se esse credunt, quia suorum actionum sunt conscii, & causarum, a quibus determinantur, ignari.*

Manifestum est, hic adesse hypothesin tertiam, paulo apertius, quam sit Leibniziano stilo, expressam.

Locus quartus.

Quicquid in objecto ideæ, humanam mentem constituentis, contingit, id ab humana mente debet percipi, sive eius rei datur in mente necessario ideæ: h. e. si obiectum ideæ, humanam mentem constituentis, sit corpus, nihil in eo corpore poterit contingere, quod a mente non percipiatur. Eth. P. II. prop. 12. p. 51.

Manifestum est, hic adesse hypothesin tertiam, supra cap. II. Placito IV. pluribus expositam; partim etiam quintam.

Locus quintus & sextus.

Nec corpus mentem ad cogitandum, nec mens corpus ad motum, neque ad quietem, neque ad aliquid (si quid est) aliud determinare potest. Ethic. Part. III. prop. II. p. 97. Et in demonstrat. ibid. corporis motus & quies ab alio oriri debuit corpore, quod etiam ad motum vel quietem d. terminatum fuit ab alio. Item: Corpus motum, vel quiescens, ad motum vel quietem d. terminari debuit ab alio corpore, quod etiam ad motum vel quietem determinatum fuit ab alio, & illud iterum ab alio & sic in infinitum. Eth. P. II. prop. 13. lemm. 3 p. 54.

Manifestum est hic adesse hypothesin Leibniziani systematis primam, secundam & quartam, quibus negatur, animam in corpus, & corpus in animam, seu mentem, agere & motum corporis aliunde dependere, quam e prævio motu alius corporis.

Locus septimus.

Ordo actionum & passionum corporis nostri simul est natura cum ordine actionum & passionum mentis. At, quamvis hæc ita se habeant, ut nulla dubitandi ratio supersit, vix tamen credo, nisi rem experientia comprobarem, homines induci posse ad hæc & uo animo perpendendum, adeo firmiter persuasi sunt, corpus ex solo mentis nutu iam moveri, iam quiescere, plurimamque agere, quæ a sola mentis voluntate & excogitandi arte pendens. Etenim quid corpus possit, nemo huc usque determinavit. -- Porro sciscit: Cum homines dicunt, hanc vel illam actionem corporis oriri a mente, quæ imperium in corpus habet, nescire, quid dicant, nec aliud agere, quam speciosius verbis fateri, se veram illius actionis causam absque admiratione ignorare. Ethic. P. III. prop. 2. Schol. p. 97. 98.

Manifestum est, in his verbis contineri hypothesin 1. 2. 4. 5.

Locus octavus.

Hæc mentis decreta eadem necessitate oriuntur, ac idea rerum
rum

rum actu existentium. Qui igitur credunt, se ex libero mentis decreto loqui, vel tacere, vel quidquid agere, oculis apertis somniant. Ibid. p. 100.

En! in his hypothesin 1. 2. & 3. & hanc quidem paulo significantius expressam.

Locus nonus.

Prout cogitationes rerumque ideæ ordinantur & concatenantur in mente, ita corporis affectiones, seu rerum imagines ad amusem ordinantur & concatenantur in corpore. Ethic. Part. V. de libert. hum. Prop. I. p. 327. & ibid. in demonstratione: *Ordo ac connexio idearum idem est, ac ordo ac connexio rerum, & vice versa. Quare sicut ordo & connexio idearum in mente fit secundum ordinem & concatenationem affectionum corporis: sic vice versa ordo & connexio affectionum corporis fit prout cogitationes rerumque ideæ ordinantur & concatenantur in mente.*

Præ aliis hic hypothesin quintam exprimi, nemo non videt.

Locus decimus.

Res, quæ ad aliquid operandum determinata est, a Deo necessario sic fuit determinata; & quæ a Deo non est determinata, non potest se ipsam ad operandum determinare. Eth. P. I. prop. 26. p. 24.

Res, quæ a Deo ad aliquid operandum determinata est; se ipsam indeterminatam reddere non potest ibid. prop. 27.

Manifestum est, Spinozæ omnia, quæcunque in anima & corpore secundum concatenationem causarum & effectuum cum harmonia utriusque eveniunt, referre ad Dei *determinationem*, seu *prædeterminationem*, & hanc nihil esse aliud, quam synonymum *præstabilitionis*: atque ita in effatis hisce ultimis exhiberi hypothesin sextam.

Scholii

1. Locorum plurium cumulatione ut probem, harmonie præstabilite moments præcipua cum hypothesibus Spi-

nozae convenire, supervacaneum esse arbitror. Néc ignotum est, Spinozam adoptasse principia philosophiæ Cartesianæ, ea-que adhuc mutasse in deterius. Cartesium autem fere eadem habuisse principia, nemo nescit: nisi quod, quæ Spinoza ad *prædeterminationem*, & illustri Leibnizius ad *præstabilitionem* (quæ prædeterminationis synonymum est) Dei retulit, immediatæ & identidem continuandæ ipsius Dei operationi adscriptæ. Et quemadmodum hæc discrepantiæ convenientiæ parum obstat: sic etiam alii differentiæ respectus adhuc minoris momenti sunt.

2. Notandum vero hic est; Cartesium & Leibnitium ratione divinæ providentiæ abire in extrema, æque falsa noxiæque. Nam Cartesius, quando omnia, quæ ipsius hominis sunt, ad *immediatam Dei operationem* refert, providentiam Dei ita evehit, ut *creatorem cum creatura confundat*, hinc systematis Spinoziani promotor factus. Leibnitius vero per *præstabilitionem suam* providentiam Dei a creaturis liberis aliisque nimium quantum removet. In fato autem physico-mechanico conveniunt ambo, etsi dispari plane modo. Nam in systemate Cartesii homo est *automatum*, in quo Deus eius auctor & artifex ipse immediate efficit omnia: In systemate autem Leibnitii homo itidem quidem est merum automatum, sed quocumque artifici & auctori Deo, post eiusdem constructionem semel factam nihil amplius commercii intercedit.

3. Non nego, Spinozam cum istis sex hypothesibus coniungere nonnulla principia systemati suo propria, præcipue illud de *unica substantia*: interea tamen sufficit, habere ipsum illas ipsas, quas Leibnizius cum principiis suis, a Spinoziano systemate diversis, connectit. Utrobique autem ad *fatum* & *necessitatem absolutam*, genuini nominis libertate penitus sublata, redire omnia, res ipsa docet: etsi itidem hæc cum differentia, quod quæ Spinoza, vi hypotheseos peculiaris de *unica substantia*, proponit audacius ac manifestius, systema Leibnitianum miris modis tegit, in crustat & exornat, adeo ut imperitis persuadere satagat, libertatem apud se omnino esse salvam.

Quod

Quod si vero colores suffiunt, cum proteltatione, ipsi facto, seu manifestis hypothesibus, & conclusionibus per iustam & evidentissimam consequentiam inde deductis, contraria; certe ipse etiam Spinoza ab erroribus & noxa erit absolvendus. Et enim non solum in scriptis, quæ ipse evulgavit, dogmatum suorum virus quam callidissime texit, sed in ipsa etiam infamissima & propudiosa *Ethica* sua, quam teste editore in præfatione, demum post mortem suam, sed sine nomine, edi curavit, passim id agit, ut lectoribus persuadeat, systema suum a fato abesse, verbis ludens quam insidiosissime. Et cum Deus ipsi revera sit non ens, utpote ad naturam relatus, non tamen erubescit *Ethic. P. I. ad prop. 33. sub fine scholii p. 32.* hæc scribere: - *Quod profecto nihil est aliud, quam Deum fato subiacere, QVO NIHIL DE DEO ABSURDIUS STATUI POTEST, quem ostendimus, tam omnium rerum essentiae, quam earum existentiae primam & unicam liberam causam esse. Quare non est, ut in hoc absurdo refutando tempus consumam.* Quid? quod operum posthuminum editor in longa præfatione systema Spinozæ cum ipsius christianæ religionis principiis non vafre minus, quam impudenter, conciliare annitatur, incautis sic escam adponens. Manifestis etiam contradictionibus scaterere philomoriæ Spinozianæ chaos, non ignorant, qui istud examini subiecerunt. Hinc vero colligitur, hypothesin aliquam non ideo statim pro Spinoziana non habendam esse, quando ex ipso Spinozæ syntagmate allegari potest, quod ipsi repugnat, aut ab ea diversum est.

4. Spinozæ vero systema eo minus incognitum fuit LEIBNIZIO, quo magis ipsi exploratum fuit istud CARTESII, unde in peius profecit Spinoza. Immo Spinoza ipse iam tum anno 1671. Leibnizio, tunc consiliario Moguntino, in tanta erat admiratione, ut iste in epistola 5. oct. ad hunc data ipsum compellet: *Illustris & clarissime vir*, ab ipso in responsione tantum *nobilissimi* nomine resalutatus. Vide Syllogem epistolarum Spinozæ & amicorum num. L. LII. oper. posthum. p. 559. sequu.

5. Ce-

5. Ceterum vniversum systema harmoniæ præstabilite præcipue innititur falsæ isti animæ definitioni, quod sit *substantia vniuersi representativa*, & quod essentia eius tota in vi ista ideifandi, seu cogitandi sita sit, adeo, vt præter eam in anima nihil deprehendamus. Hoc vero suppositum vnde desumpsit, nisi e systemate Spinoziano, in quo secundum adoptata Cartesii scita, idea & vis ideifandi ipsam mentis essentiam constituit, adeo vt mentis essentia in sola idea seu cogitatione consistere dicatur. Opp. Posthum. p. 101. 591. sqq.

Corollarium.

Qui propositionem suam (quod Spinoza ipsam quoque oris loquelam, influxui animæ abiudicatum, ad solum corporis mechanismum referat, totumque animæ & corporis commercium ad fatalem ordinem & concatenationem adstringat) diuersis Spinozæ locis comprobat, & istis subiungit corollarium de origine & analogia systematis Leibnitiani Spinoziana; non versatur in interpretatione sine candore & sine fide. &c. Nec enim is singula Spinozæ loca, quæ ad firmandam propositionem suam adduxit, ex æquo sine discrimine corollario isti substravit, sed tantum media & posteriora. Is vero, qui corollarium hoc, prætermisissis locis præcipuis, ex parte ad inconuenientiora, e quibus istud non deductum fuit, refert, agit contra leges bonæ disputationis,

MEMBR. II.

De quaestione secunda.

An systema Leibnizianum de harmonia commercii inter animam & corpus præstabilita sit libertati aduersum & consingentiam tollat.

Status controversiæ.

Non est quaestio de *consingentia* huius vniuersi ea, secundum quam illud non est a se ipso & absolute necessarium, sed
contin-

contingenser exstitit: sed quaestio est de *contingentia* in huius vniuersi *euentibus*, praesertim ad causas liberas, & speciatim ad genus humanum relata & cum principio libertatis interno, secundum quod homo est causa libera regiminis sui actionumque suarum, coniuncta. Et hinc quaestio nec est de *spontaneitate* aliqua causis liberis cum non liberis communi, sed de vera veri nominis libertate: secundum Postulata IV. V. VI. VII.

Propositio.

Systema harmoniae de commercio inter animam & corpus praestabilitae, sublata omni vera libertate, & veri nominis contingentia, quae in vniuerso hoc iam constituto, praesertim ad genus humanum referenda est, & a libertate arbitrii dependet, omni penitus negata, vniuersam humanam naturam, secundum animam & corpus consideratam, absoluto fato physico-mechanico subiicit.

Demonstratio.

I. Probatio *prima, secunda & tertia* iam data est Disquisitionis cap. I. Placito V. VI. & VII.

Probatio *quarta* exhibita est in Epicrisi ad commentationis Sect. I. de nexu rerum materialium Propositione III, & quidem

T

dem

dem triplici nouo argumento ex ipsa Commentatione producto.

Probatio *quinta*, eaque cumulatissima, longiore serie exhibitata est integro capite secundo, quorum lectores denuo remitto.

2. *Spontaneitas* vero, quam systema Leibnitianum pro veri nominis libertate naturæ humanæ relinquit, vi fati Stoici simul offert, ad viuum resecta, nihil est aliud quam *contingens* illud Spinozianum, non contingens sed necessarium, ab aliis, uti sciscit Spinoza, ideo pro contingenti habitum, quod nexum caussarum, e quibus omnia agant necessario, ignorent, & hinc sibi ipsis videantur res suas sponte sua agere. Conf. Protheoriæ *Postulatum V.*

MEMBRUM III.

De quæstione tertia.

An systema harmoniæ præstabilitæ philosophiæ morali & ciuili aduersum sit?

Status controversiæ.

Ante omnia hic distinguendum est inter dogmatis alicuius erronei *theoriam nudam & practicam* eius *applicationem*, seu inter *errorem & erroris efficaciam*. Potest enim error per se esse maxime notabilis & noxius; qui tamen, ob aliquod veritatis antidotum, iam antea receptum retentumque, efficaciam suam non exserit. Atque ita non quæritur: an systema harmoniæ præstabilitæ apud omnes, qui illud admittunt, doctrinæ morali ac ciuili ita obstet, ut in praxi ad utramque reddantur inepti aut eam peruertant? Hoc nemo facile affirmauerit. Nam multi istum ingenii lusum, tot, quot exornatur, subtilitatibus metaphysicis inuolutum, non nisi confusore idea capiunt, & confuse admissum mox rursus dimittunt ac obliuiscuntur. Alii deprehendunt, suam systematis ideam, nimirum exactiorem illam, nullius in praxi esse usus ac plurimæ noxæ, ideoque eam soli theoriæ suæ seruant & tandem, multo rerum usu

vsu rectius edocti, *chimeris metaphysicis* annumerant. Alii denique, qui quidquam in spem futuræ obliuionis didicisse nolunt & in suo sibi systemate theoretice placent, oppositæ ac in praxi ob summam necessitatem retentæ veritatis possessione præmuniti, a practica erroneorum dogmatum noxa immunes manent. Quæstio autem est: *anne hoc ipsum systema in quantum ad vitæ ac societatis humanæ ac christianæ usum, ad quem omne scholæ & theoriæ studium dirigi debet, & a multis adhiberi solet, applicatur, philosophiæ morali ac ciuili aduersum sit? de qua quid sentiam, ingenue dicam.*

Propositio.

Systema harmoniæ de commercio inter animam & corpus præstabilitæ in praxi & applicatione sua aduersum est philosophiæ morali ac ciuili, immo religioni naturali ac reuelatæ, cum illa & cum hac plane *ἀσύσῳ.*

Scholium.

Huius propositionis demonstratio iam patet in propositione antecedenti & in ea Placitorum huius systematis disquisitione, ad quam lector remissus est.

Corollarium.

Difficultates, quæ systemati harmoniæ præstabilitæ opponuntur, *non debentur imaginationi, nec tantum veri speciem quandam præ se ferunt, uti clar. Auctor commentationis §. XVIII. p. 58. existimat, sed debentur rationi, valido argumentorum præsidio suffultæ.*

MEMBRUM IV.

De quæstione quarta.

An auctor Commentationis hypotheticæ hoc systema a difficultatibus suis liberauerit ?

Propositio.

Clar. Auctor Commentationis Hypotheticæ systema harmoniæ præstabilitæ a difficultatibus suis suaque noxa nequaquam liberauit.

Demonstratio.

1. Non paucæ obiectiones desumptæ sunt e systemate Cartesiano, aut alio non minus paradoxo & erroneo. Cartesianus vero, aut non rectiorum, quam Cartesiana sunt, principiorum philosophus quando Leibniziano systemati contradicit, certamen existit longe leuius, certe non grauius, quam quando homo Arianus Sociniano se opponit. Nam inter Cartesianos aliosque paradoxos & Leibnizianos philosophos non nisi imaginaria pugna intercedit. Non ergo est, quod hic de nodorum, qui exigui fuerunt, solutione sibi quisquam promittat.

2. Quidam nodi soluti sunt minime. Id quod qui suo tempore ex instituto, si necesse sit, demonstrat, non deerit. Alii etiam ne tacti quidem sunt, supra Cap. III. in medium prolati.

3. Vir doctissimus præcipuum defensionis suæ præsidium collocare deprehenditur in pronocatione ad *Theodicæam* illustri LEIBNITII & ad *Metaphysicam* cl. Autoris nostri, quasi ab istis omnia satis feliciter expedita essent. Sed quomodo
vter-

vterque fiet in & cum systemate suo hactenus disquisitum de-
 tectumque est. Sufficiat mihi, hoc vnico tantum al-
 legatæ auctoritatis testimonio seu loco comprobare. §. 190.
 hæc legimus: *Necessaria illa actio non est, quæ ex statu antece-
 dente contingente (contingente, sed in sensu supra Cap. II. Pla-
 cit. VII. disquisitione detecto, & hic etiam abunde prodito)
 legibus etiam necessariis consequitur. Est in se ipsa contingens ex
 contingenti oriunda. Si necessariam dicere velis, est bypothetica
 tantum necessitas, ex conditione tamen antecedenti, sed contingen-
 ter posita. Nulla igitur propria rebus & intrinseca necessitas in-
 feretur, etiamsi rationem illam sufficientem non solum, sed omni-
 na necessitantem Leibnizius statueret, QVAM DIV SVSTI-
 NET, EXISTENTIAM HVIVS MVNDI ET STA-
 TVM ADEO PRIMVM, A QVO CÆTERI CONSEQVN-
 TVR, ESSE CONTINGENTEM; quod alium atque a-
 lium condere divina potentia mundum potuisset, nulla in ipsis re-
 bus repugnantia obssistente.* Hic videmus in quæstione: an ho-
 minum, caussarum liberarum, actiones contingentes sint,
 contingentæ sensu pro qualitate libere agentium ad liberta-
 tem relata; responderi, esse contingentes, quia vniuersa mundi
 machina fit contingens: Nonne vero hoc est a caussis bru-
 tis & necessitate naturæ secundum immutabiles tot motuum
 leges agentibus argumentari ad caussas liberas? Et nonne in-
 super contra Postulatum VI. manifesta hic est confusio inter
 machinæ *constitucionem & consecucionem*? Machinæ *constitutio*
 actualis erat contingens, utpote a causa libera profecta & ita
 se habens, vt pro libertate constituentis Dei etiam aliter con-
 strui potuerit: at machinæ *consecutio* non est amplius contin-
 gens eodem sensu, sed in suo genere pro sua naturæ necessitate
 absolute necessaria, non a causa libera, sed a necessaria, quam
 ipsa constitutio libera & contigens efficit, profecta. Cui ne-
 cessitati physico-mechanicæ qui naturam humanam subiicit,
 ex humana facit brutam & e libera necessariam, nobilitate e-
 ius, quæ secundum Postulatum IV. in libertate est, penitus &
 in totum sublata.

4. Difficultates, quas supra in medium produxi, esse insolubiles, res ipsa docet eos, qui quid naturalis valeat, logica, non ignorant.

5. Ceterum quam certus in sua huius systematis defensione de veritate ac vtilitate eiusdem fuerit vir doctissimus, age! ipsiusmet verbis percipiamus: *Morales quidem* (inquit §. 188 p. 192.) *considerationes, medio hic loco collocatas, euoluere in presentiarum non licet: sed ne consemsum inter preteris silentium, accipe hanc sententiam: ABSTINEAT A SYSTEMATE LEIBNIZIANO, QVICVNQUE NOXIVM ILLVD IN PRACTICIS EXISTIMAT. MALO, NON POSSIS TVERI ET CONCILIARE PRINCIPIA QVAEDAM THEORETICA SYSTEMATIS FVLGRA, QVAM VT FVNDAMENTA MORVM LVXES ET MALE FERITORVM HOMINVM LICENTIAE PATROCINERIS!* Verba sane aurea & cedro digna! Et hæc ipsa me sperare iubent, virum doctissimum systema hoc potius habuisse pro problemate, quam pro eiusmodi syntagmate, cuius defensionem posthac vnquam serio suscepturus sit. Vtinam vero non ipsa praxis huius systematis hucusque pluribus comprobasset exemplis, quantopere *morum fundamenta luxet & maleferitorum hominum licentiæ patrocinetur,*

MEMBR. V.

De quæstione quinta,

An clar. Auctor sic dictæ Commentationis luculentæ systema harm. præstabilitæ a difficultatibus suis liberatum in tuto collocaverit?

Propositio.

Vir cl. in commentatione sua suum harmoniæ præstabilitæ systema non libera-

berauit a difficultatibus suis, sed eas potius denuo obfirmauit.

Demonstratio

In obseruationibus ad singulos Sectionis II. paragraphos posita.

Ad §. XVIII. qui Sectionis II. primus est.

1. Paragraphi huius summa posita est in laude viri illustris GEORGII GVILIELMI LEIBNIZII, ipsi ob praestantiam ingenii a viris doctis tributa. Et in hoc a diuersis & inter hos praecipue a reuerendis, qui laudantur patribus, societatis Iesu Treuoltinis profecto encomio septies fit expressa mentis magni ipsius ingenii, & ne semel quidem iudicii. Quod eelogium tantum abest, vt ipsi inuideam, vt non dubitem augere, etiam ipsa omisso iudicii laude adiecta. Etenim vir celeberrimus, vti ego quidem serio arbitror, fuit magnus, maior, maximus; magnus iudicio, maior ingenio, maximus memoria; aut, si mauis, maior memoria, maximus ingenio. Quod qui mecum affirmauerit, me quidem iudice omnino dicet, quod res est. At vero quemadmodum haec trium facultatum praestantia existimationem viro apud alios conciliauit non exiguum: sic earundem inaequalitas in ipso obstitit, quo minus inuenta & placita eius, curatius iudicii examen sustineant; praesertim philosophica, cum ad philosophiam plus iudicii requiratur, quam ad mathesein & inuenta physica. Quod si ingenium ipsius iudicio non fuisset excellentius, sed tantum superpar, isti non indulisset ad ingeniosa magis, quam iudiciofa. Cum vero vis ingenii maxima vigorem iudicii, etsi in se haud exigui, aequalem non habuerit comitem, ingenium a iudicio, quod in se quidem eximium, at comparatiue fuit exiguum, saepiuscule desertum, aut huic celeritate sua praecurrens, varia peperit, quae, ad iudicii trutinam exacta, ingeniosa magis, quam solida;

solida, deprehenduntur. Exemplo luculento est integrum ipsius systema, quod in Theodicea exhibuit, & cuius sic dicta harmonia de commercio inter animam & corpus præstabilita quasi centrum est. Præter rem ipsam, quæ hic loquitur, locupletissimum & iam alicubi allegatum hîc habemus testimonium celeberrimi academice Tubingensis cancellarii & Theologi, CHRISTOPHORI MATTHÆI PFAFFII, ipsius illustri Leibnizii confessione comprobatum. Ita enim ille in *Schediasmate de morte naturali* §. V. p. 17. Quid vero iam dicemus nos, qui existimamus, LEIBNIZIVM omnia ista, immo totum illud systema, quod PETRO BAELIO in Theodicea opposuit, PER LVSVM INGENII quendam saltem confinxisse, nec seria hic mente egisse, & BAELIO frigidam potius suffudisse, quam ipsius placita destruxisse. Certe cum vir doctissimus, cuius profecto singulari quodam æstimo & fauore gavisi sumus, paulo ante fata sua ex nobis quæreret, quid de Theodicea sentiremus, nosque hanc nobis mentem stare in responsione ad ipsum data declaravissimus, subrisit idem, atque REM ACV NOS TETIGISSE, cum ad nos rescriberet, fassus est.

Ceterum ad ingeniosos, a limati subactique iudicii robore desertos, quod attinet, præcipuus ipsorum character est *philautia*, & quidem extantiori gradu modoque *dominans*, h. e. ea, quæ agilitate & lusu ingenii pro iudicii vigore habita, etsi in censuris aliorum satis est audacula, ægre tamen fert dissentientem, ægerrime contradicentem, in admiratione ac prædicatione sui ipsius tota, ac prudentibus ideo fastidiosa, ad res vero prudenter agendas regendasque inepta. Ad studia *mathematica* ac *mechanica*, quia a principiis diriguntur eulentissimis, sufficit ingenii præstantia, etsi tantum cum iudicii mediocritate coniuncta: sed ad *philosophiam* & alias *disciplinas* solide tractandas, ob principia istarum minus evidentia, in se tamen certa, plus iudicii requiritur quam ingenii, ideoque ad istarum tractationem ingeniosi, qui vero semet ipsos e philautia sua pro iudiciosissimis habere solent, parum apti deprehenduntur, certe parum solidi præstant. Et quandoquidem

doquidem *mathematici* existimant, se inter *philosophos* esse, quod inter *theologos* sunt *prophetae*, nouerint, si ingenio suo indulgant, & *mechanicæ* suæ *pneumaticam* subiiciant, se non minus noxæ adferre *philosophiæ*, quam *pseudoprophetae* *theologiæ*. Id quod hac occasione tantum generatim moneo.

2. Dixerit BÆLIVS, *systema Leibnizianum* in regno *philosophico* esse *une conquête d'importance, alicuius momenti accessionem*. Quomodo probabitur illum ex vero, non autem ex eo ita sensisse, quod sibi in principiis suis, quorum noxa eruditus non ignota est, *systemate* isto frigidam suffusam fuisse, animaduertit?

3. Esto etiam hoc *harmonia præstabilitæ systema inventum Leibnizii*: sed num solius sit & ideo *inventor herois* inter eruditos locum tueatur? alia est quæstio. Ego istam non sine argumentis paulo ante negavi, ac demonstravi, *materiam* eius omnem, & bona ex parte ipsam quoque formam, deprehendi in *systemate Cartesiano*, & quod ex hoc in *deterius formatum* est, *Spinoziano*. Istam vero illius *reformationem*, quam *Leibnizius* adornauit, & cuius summa eo reddit, quod *operationem Dei immediatam ad præstabilitionem* retulerit, *inventum esse heroicum*, quis credet? Qui sine assentatione iudicat, rem hic deprehendit *leuiculam* & *ingeniū lusum*.

4. Ceterum ea, quæ hic de *dissentientium contemptu* occurrunt, quod *rationum momenta expendere nescientes, de rebus, quas non intelligant, iudicandi potestatem proterve sibi sumant, & quod illorum intersit, ne scientia caput erigat*; nihil faciunt ad rem, omnium minime aduersus illos, qui iudicium suum, etsi *mediocre tantum*, in *philosophicis* adhibere, quam cum *ingeniosis* iactare malunt. Quæ de *logica liberiore & noua, quæ præmissas e conclusionibus per iustam & evidentem consequentiam inde deductis diiudicari præcipiat*, hic dicuntur, iam discussa sunt supra in *Protheoria*. In §. XIX. ubi triplicis *systematis, communis, Cartesiani & Leibniziani* ratio indicatur, nihil

hil est, quod disquisitionem aliquam requirat. Et de §. XX. ubi negatur, systema harmoniæ præstabilitæ cum systemate Spinozæ conuenire, iudicari potest e præmissis membro huius Epicriseos primo.

Ad §. XXI.

De eo: an systema harmon. præstabilitæ libertati sit aduersum & contingentiam tollat?

I. Systema hoc libertati aduersum esse & contingentiam, ad genus humanum relatam, tollere, supra abunde demonstratum est. Videbimus vero, quomodo pro sententia negatiua eiusdem causam agat auctor clarissimus. *Sufficienter*, inquit, *iam responsum est ab aliis ad hanc obiectionem, tum ego contrarium clarissime ostendi in meditationibus meis metaphysicis, nec rationes meas quisquam conuellere ausus est: id quod tamen fieri debet, si obiectiones, ad quas dudum responsum est, iterentur. Nullum enim ius habet iterandi obiectionem, nisi qui ostendere decreuit, eidem per responsum non esse satisfactum. &c.* Atqui ego pro tenuitate mea istud non solum ostendere decreui, sed re ipsa ostendi, immo multis rationibus demonstraui. Ergo mihi ius est iterandi obiectiones & ipsum systema euertendi. Et quandoquidem Auctor cl. in allegata metaphysica sua speciatim prouocat ad §. §. 883. seqq. audiamus ipsum, quam fortiter ac feliciter se tueatur: *Was oben von der Freyheit beygebracht worden, das bleibt auch bey der vorher bestimmeten Harmonie in seinem Werthe. Nemlich die Seele versteht die Beschaffenheit dessen, was sie will, oder ihrer Handlungen: Die Handlungen sind an sich nicht nothwendig, sondern nur zufällig, &c.* Obseruet prudens lector statum controuersie. *Queritur: an anima sit automatum immateriale, sui conscium, seu cuius libertas in natura actionum suarum conscia consistat, & anne ex hoc supposito eius actiones sublata libertate & contingentia sint necessariae?* Hoc est, quod negant dissen-

dissentientes & pernegant: cl. Auctor istud & simul animæ libertatem probaturus; *Anima*, inquit, *est sui, seu suarum volitionum & actionum conscia, & actiones non sunt in se necessariae, sed tantum contingentes &c.* En petitionem principii duplicatam, vnam in affirmatione prioris, alteram in negatione posterioris in quæstione membri. Mitto iam reliqua huius & sequentium in metaphysica §§. vtpote iam in ipsa disquisitione excussa.

2. Quandoquidem vir doctissimus existimat, *neminem ausum esse rationes suas conuellere*: pace ipsius mihi hic dicere liceat, quod res est. Plurimi librum plane non legerunt. Eorum, qui legerunt, multi istum non intellexerunt. Nec enim mathematicam, nec logicam seruat methodum. Præterea voces philosophorum technicas ad vnum omnes reddidit Germanice, nulli intelligibiles, nisi illi, qui in philosophia scholastica mediocriter versatus e Latinis, quarum notio mentem subit, Germanicas voces, per coniecturam interpretatur. Nec enim sufficit index vocum technicarum Germanicarum Latinis, quos vocant, terminis expositarum, libro subiectus. Et qui voces & locutiones intelligit secundum notiones in philosophia, etiam eclectica, consuetas, ille hic rursus hæret in tanta notionum nouatione, vt non nisi integro systemate cum principiis cognito, quid sibi velint, recte intelligat. Atque ita labyrinthus est hæc Metaphysica, quem, quia euadere possunt pauci, ne ingredi quidem volunt, filo Ariadnæo destituti, aut iusto tricærum fastidio ducti. Alii, inprimis discipuli imperiti & creduli, quod non intellexerunt, tamquam singularia sapientiæ arcana admirati sunt, præsertim totæ tantis ipsius cl. Auctoris elogiis, quibus sua & coram & in scriptis ornare solet, occupati. Alii principia nouæ huius philosophiæ auide hauserunt, tanquam corruptioni suæ consentanea. Porro alii fama doctissimi viri, quam scriptis mathematicis sibi acquisiuit, ducti optima quæque de eodem sibi etiam in philosophicis promiserunt. Et quando hi de fructibus disciplinæ eius perceperunt aduersa; istos abusui potius, quam

ipsi principiorum noxæ tribuerunt. Denique alii qui hanc perspexerunt, arbitrati sunt, cum philosopho, qui simul in mathematicis excellat, & philosophemata sua exemplis mathematicis illustret, congregari posse neminem, nisi philosophum & mathematicum. Vt nihil dicam de aliis, quibus aliæ rationes obstitere, quo minus philosophiam hanc examini subiecerint, etsi eidem omnino pares. Atque ita Auctor amplissimus non habet, quod systemati suo ex eo tribuat, *quod nemo illud conuellere ausus sit*, præsertim cum vnus tantum lustri ætatem in scripto publico tulerit. Ego quidem professione nec philosophus sum, nec mathematicus, quanquam philosophiæ & matheseos æstimator sim non exiguus & cultor fuerim mediocris; sincere tamen asseuero, quod si metaphysicam cl. Auctoris prius legissem, me examen eius tam diu haud fuisse dilaturum. Vix quidem prodierat liber, cum in studiosorum ore frequentaretur, me istum esse refutaturum. Sed de instituto interrogatus negavi, mihi istud in mentem venisse & mihi, in materiis theologicis occupato, ad tricas metaphysicas legendas expediendasque otium & animum esse: præsertim cum de systemate isto meliora sperarem. Interca accidit, quod primum ne speraueram quidem.

3. Deinde rursus aliquod systemati suo præsidium accessit vir doctissimus a sententia eorum, ad quos iam antea §. XIX. prouocauerat. Sed argumentis hic agitur, non auctoritatibus: quanquam si his ipsis agendum esset, exiguum sane numerum facerent istæ pro systemate Leibniziano. Quando autem hic, vti alias per integrum tractatum, dissentientibus istam iudicii hebetudinem obiicit, quod ob *sufficientis acuminis defectum datas rationes comprehendere nequeant*; quomodo causæ suæ consulat, prudentes, qui iudicii philosophici viam non e prædicatione sed ex re ipsa æstimant, ipsi iudicent.

4. *Libertas* (sic pergitur) *in anima resides, non in corpore*. Bene. Sed in regimine tamen corporis exserenda est; nec ipsa anima habenda est pro automato immateriali, quod
neces-

necessitate naturæ agat, secundum Cap. II. Placitum IV. contra *Protheoriae Postulatum III.* eiusque *Scholium & corollarium.*

5. *Systema harmonia præstabilita nihil in anima ponit, quod non locum habere possit in communi quoque systemate influxus, nisi quod animæ tribuat vim producendi perceptiones, mutationibus in organis sensoriis ac inde porro in cerebro factis conuenientes, quam vim systema commune ex anima in corpus transfert.* Utique id ea ponit, quæ in communi systemate locum non habent, scilicet concatenationem perceptionum eam, secundum quam illæ non possunt mutari & variari ac determinari e libero animæ arbitrio sed immutabili necessitate naturæ ita se excipiunt, quemadmodum motus in automato materiali, vnde etiam anima automatam spirituale in sensu maxime proprio vocatur, secundum Cap. II. Placitum IV. Nonne vero hoc est in anima ponere *fatum*, seu pro libertate *necessitatem fatalem*?

6. *Sed siue perceptiones vi mentis propria, siue vi corporis in eadem producantur, respectu libertatis, perinde est.* &c. Num perinde est, siue æstus libidinis cum impuris cogitationibus & volitionibus vi mentis propria, siue occasione oculorum in eadem producat? Nonne grauius peccat, qui prauos eiusmodi affectus sine occasione corporis in se ipso volens lubensque elicit fouerque, quam cui vel *inuito* illi ex oculis & per oculos affluunt? Num perinde est, siue blasphemam cogitationem ipse in te volens excitaueris, siue eam ex hominis blasphemi ore audiueris, ita vt inde inuito ingesta sit?

7. *Cur enim anima iudicia sua formatura, & ad volitionem, aut nolitionem sese determinatura aliter agere debet ideo, quod perceptiones ipsas produxeris, quam quod in ipsa mere sese passiuè habente productæ fuerint a corpore? Quamuis enim dicas, animam in producendis istis perceptionibus non esse liberam, sed EX NECESSITATE NATURÆ agere: quid inde detrimenti in libertatem redundat? Respondeo: tantum inde redundat detrimenti,*

vt præter inane & lusorium libertatis nomen de libertate ipsa NE TANTILLVM QVIDEM remaneat. Habemus hic, quod probe notandum est, manifestam fati, seu necessitatis absolutæ, confessionem de ipsa anima, vtpote posita in *ea agendi necessitate*, quæ *ipsius NATVRÆ NECESSITAS* est: sed non sine ingenti contradictione, scilicet *nihil inde detrimenti in libertatem redundare.*

8. *Nonne perceptiones quoque in systemate communi influxus phisici necessario in mente producantur, quæ in earum productione sese mere passivæ habet? Sed quis inde libertati præiudicatum iri metuit? Nulla igitur neque ex hoc capite in statu animæ secundum virumque systema differentia est. Utique permagna est. Nam etsi secundum systema commune mens in illis perceptionibus, quæ ipsi sensuum ministerio ingeruntur, quoad ipsam receptionem se habet passivæ: non tamen manet passiva, sed circa receptas se activæ & liberrime exerit, ideas receptas quasi numerando, addendo, subtrahendo & multiplicando ac diuidendo, easque ad res alias applicando, quando, quomodo & quamdiu vult. Præterea habet facultatem liberam, præter perceptiones istas ministerio sensuum primum passivæ admissas, sine vilo sensuum subsidio ideas alias, & volitiones nolitionesque pro arbitrio suo in se libere excitandi, easque varie determinandi. Atque ita uti passiva illa multarum perceptionum admissio animæ libertati obstare non potest; sic ea eidem etiam nunquam cum idonea ratione in præiudicium libertatis obiici potuit. At longe alia ratio est systematis novi. Nam secundum hoc anima agit necessitate naturæ & nihil præter nudum libertatis nomen retinet, tota absoluto fato subiecta.*

9. *Nulla adest ratio, quæ vel suspicionem moueat, liberam mentis volitionem aliter explicandam esse in systemate harmoniæ præstabilitæ, quam in systemate influxus. Siccine, cum in systemate communi libera mentis volitio explicetur per libertatem arbitrii, secundum quam creatura libera de se ac facto suo potuit aliter disponere, quam ipso actu disposuit, & nullus est regiminis modus, ad quem se non pro lubitu suo posthæc possit*

possit componere; in altero autem eadem volitio declaretur per *necessitatem naturæ*, secundum quam voluntas non potuit aliter se disponere, quam se actu disposuit, ad aliam autem dispositionem & determinationem plane aliam alius concatenationis mundum requirit: Siccine, inquam, quæ toto cœlo differunt, quæ differunt, vt recta linea & circulus, vt nigrum & album, ne quidem suspensionem mouebunt diuersi sensus? Miror, talia eruditorum oculis exponi.

10. *Immo cum volitiones a perceptionibus ortum trahant (ignoti enim nulla cupido;) in systemate influxus physici communi eadem e principio passiuo originem ducunt & anima in liberis quoque actionibus a corpore pendet, cum in systemate harmonie præstabilite non pendeat, nisi a se ipsa. Ergo etiam multo plus libertatis habet. Absit per omnem modum. Non pendet, nisi a se ipsa. Hic latet nodus. Quomodo autem pendet a se ipsa? num secundum liberum istum regiminis modum, qui secundum Postulatum III. iam in altero systemate descriptus est? nequaquam: sed vt agens necessarium, seu automatam pendet a se ipso, a sua naturæ, quam per constructionem accepit, necessitate plane immutabili & ratione consecutionis absoluta, secundum Postulatum X. Reliqua diiudicari possunt e dictis num. 8.*

11. *Vnde corruunt omnes istæ difficultates, quæ a longo tempore ab illa dependentia animæ in actionibus suis liberis a corpore, agente necessario, aduersus libertatem motæ sunt, neque illud perinde ac commune systema influxus physici libertatem animæ a mechanismo corporis dependentem facit. Vnde corruunt omnes difficultates &c. Sed falsum est, vti ostendi, antecedens. Ergo etiam hoc inde deductum est, vti ostendi, consequens. Longum vero istud motarum difficultatum tempus demum incepit a pseudo-philosophia Cartesiana, quæ hic e falsis suis principiis nodos quæsiuit in scirpo. Systema vero influxus libertatem animæ a mechanismo corporis dependentem facere, est conclusio, quæ nititur præmissa, quæ in materia falsa est. Fiat syllogismus:*

Quid-

Quidquid in certo perceptionum genere quoad primam earum receptionem utitur sensuum ministerio & se in hac receptione passivè habet, id etiam in omnibus aliis se habet passivè & in istis passivè receptis nulla libera actiuitate se exerit.

Atqui anima humana &c. Ergo

Quis hic non videt *falsitatem propositionis maioris*? Confer dicta num. 8.

12. *Atque ea est ratio, meo quidem iudicio, cur Rev. Patres Societatis Iesu Parisini in Diario Treuoltiensis systema harmonie præstabilitæ libertati valde favere dixerint. Dixerunt: sed a dicto ad esse in isto fauoris & erroris iudicio N. V. C.*

13. *Nec aliam esse puto, quod Rev. Pater TOURNEMIMVS ex eadem Societate, animæ in corpus actione concessa, neget tamen corporis in animam actionem, unam systematis harmonie partem amplexus. Ego cum omnibus iis, qui commune tuentur systema, idem nego, & tamen neutram istius systematis partem amplector, nec salva veritate amplecti possum. Nego, corpus ita, seu ex eodem principio & eodem modo agere in animam, quemadmodum anima agit in corpus (quæ procul dubio etiam Tournemimii mens est) sed ideo alteram harm. præstab. partem non amplector: quia statuo, animam rerum corporearum, sensibus expositarum, perceptiones, nisi corporis ministerio utatur, habere non posse, eandemque ob suam cum corpore unionem & communionem physicam pro diuerso corporis statu diuersis modis affici. Id quod saniorum principiorum medicos omnes inter *υπερας δόξας* numerare, quis nescit?*

14. *Libere igitur vult anima perinde in systemate Leibniziano, quam in Aristotelico, siue vulgari, & libertas in utroque eodem modo se exerit. Libere igitur &c. sed falsæ sunt præmissæ, uti demonstraui hæctenus. Ergo etiam hæc conclusio. Cur vero Aristotelicum vocetur illud systema, quod non solum omnium philosophorum fuit ante Aristotelem, sed etiam vniuersi generis humani & adhuc est? Aut num quæstio de regimine animæ in corpus tantum ad philosophos, *τεχνικῶς* tales; anne, cum*

omni fundamentum doctrinæ moralis & ciuilibus contineat, omnino etiam ad omnes homines pertinet? Ceterum si, uti num. 11. perhibetur, systema Leibnizianum non perinde ac systema commune libertatem animæ a mechanismo corporis dependente faceret, in eo non esset eadem, sed multo maior libertas, & in hoc nulla.

15. *Asst ais, in systemate Leibniziano motum corporis non esse liberum, sed necessarium. Facilis est responsio, nec in systemate Aristotelico, siue vulgari, motum corporis per se esse liberum: neque enim libertas est in corpore moto, sed in anima mouente. Facilis (dicitur) est responsio: at non omnis responsio, quæ facilis videtur, est solida. Hic confunditur libertas motuum, quæ est in corpore, cum ea, quæ est a corpore. In systemate communi non defenditur libertas in corpore, quæ simul sit a corpore: sed quamuis exeratur in corpore, tamen non dependet a corpore (nisi quod structura eius mechanica regimini animæ subseruiat) sed ab anima, quæ principium motus in se habet. Atque ita in systemate communi motus corporis omnino est liber, ratione principii & regiminis liberi in & ab anima libera.*

16. *In systemate communi anima determinat spiritus animales in cerebro, ut influant in musculos mouendos motum causaturi: in systemate Leibnizii uidem spiritus determinantur ab aliis, qui ad motum concitati fuerant per obiectorum in organa sensoria impressiones, ut structurae artificiosæ cerebri, quæ ita a Deo facta est, ut istiusmodi motus consequi potuerit. a. A modo unionis animæ cum corpore pendet modus communionis & operationis, per Postul. H. At modus unionis per se realissimæ, ut ita loquar, captum nostrum superat, ut concipi & describi nequeat. Ergo etiam modus communionis & operationis, etsi nihilominus itidem realissimæ. Per consequens superuacanea est determinatio de isto operationis modo, qui fieri dicitur per determinationem spirituum animalium in cerebro, ut influant in musculos mouendos, motum effecturi. b. Quia*

in systemate Leibniziano motuum & actionum determinatio & directio non pender ab anima, sed vnice a mechanismo corporis & totius vniuersi, concidit omnis *moralitas* istorum motuum & actionum, vtpote necessariorum & ad automatam materiale pertinentium. Quæ vero hic de determinatione spirituum ab aliis dicuntur $\kappa \tau \lambda$ pertinent ad noua ista naturæ mysteria, quauis occulta scholasticorum qualitate multo occultiora, quæ hoc systema nobis in infinitum obtrudit, quasi *credulitatem* pro postulatorum suorum præcipuo haberet. Exemplo nobis esto rationalis oris loquela & calami scriptio, a regimine animæ non dependens, sed a mero mechanismo *per determinationem spirituum ab aliis* &c. Ex his per se concidunt sequentia: *Idem sane motus* &c.

17. *Quemadmodum vero libertas animæ eadem subsistit in systemate harmoniæ præstabilite, quæ fuerat in communi influxus; ita non minus contingentia actionis in utroque eadem.* At quemadmodum libertas animæ nulla subsistit in system. harma. præst. vti hætenus demonstratum est: ita etiam nulla contingentia libera, ad causas liberas relata, in eodem locum habet.

18. *In systemate influxus non mutatur per decretum humanum, in systemate h. pr. non mutatur per decretum diuinum.* Et si in systemate communi libertas agendi non mutatur per decretum: quis enim hoc vnquam affirmauerit? tamen actiones libere mutantur, ita vt, quæ actu ipso contigerunt, etiam *in hoc ipso mundo*, non demum in *alio* (ad quem in system. Leibn. identidem ablegamur) potuerint non contingere; & quæ iam non contingunt, neque posthac contingent, possint *in hoc ipso mundo* contingere. Hoc enim respectu generis humani negato concidit omnis actionum moralitas, vtpote absoluto consecutionis fato penitus sublata, secundum *Postul. VII.* & seqq.

19. *Vnde rerum metaphysicarum gnari, qui ex notionibus distinctis, non confusis, iudicant, nequaquam verentur; actiones liberas vi harmoniæ præstabilite fato mechanico subiici.* Omnino; nec verentur solum, sed re ipsa etiam ita deprehendunt

&

& demonstrant, tricis griphisque metaphysicis discussis atque expeditis. Et hoc ipso probant, se nec rerum metaphysicarum esse ignaros, nec ex notionibus confusis iudicare.

20. *Actiones externæ, quæ motu organorum corporis perficiuntur, MECHANISMO SVBIACENT, NEC ANIMA EVNDEM IMPERIO SVO VIOLARE POTEST:* *secus enim veri nominis miracula patraret: id quod absurdum.* Quid opus est operosa Spinozismi Leibniziani detectione & demonstratione? quandoquidem, post tot alias, hic nouam ac expressam habemus erroris plusquam Stoici confessionem, probe notandam. Si enim actiones externæ, quæ motu organorum corporis perficiuntur, mechanismo subiacent, nec anima hunc imperio suo violare potest: actionum moralitas in alio mundo quærenda erit: & ne quidem in alio. Etsi enim, quæ in alio isto fierent, respectu huius mundi ex hypothesi sunt possibilis; tamen in alio isto, si actu fierent, respectu intermissionis forent impossibilia, atque ita pro nexus istius mundani consecutione necessaria. Si actiones hominis externæ, quæ motu organorum corporis perficiuntur, subiacent mechanismo, qui ab anima non, nisi veri nominis miraculis patratis, violari potest; fur ac homicida, ad promulgatam supplicii capitalis sententiam declinandam, pro aduocato, quo non egent, causam suam ex hoc systemate sequenti modo dicere & obtinere possunt:

Quorsum, iudices, vestrum supplicii decretum tam seuerum ac tam inmane! Commisimus quidem actiones, quas vos furti ac homicidii nomine appellatis. Sed quid tum? Ecce vobis hic ad parietem horologium, cuius index, cum horam decimam signare deberet, pro facta dispositione sua signat duodecimam. Num vos ideo indicem abruptetis ab horologio, & horologium ipsam destruetis? Ecce vobis corpus nostrum cum membris suis! Hoc merum est automatum, in cuius motus & actiones nihil plane potestatis est animæ; sed illud, quæcunque fecit, fecit necessario, adeo vt actionum intermissio pertineat ad huius mundi impossibilia, & tantum ad possibilis alius mundi,

in quo pro diuersa mechanisimi structura istæ furti ac homicidii actiones intermitti possent. Quod si anima nostra corporis nostri motus atque actiones imperio suo ita voluisset regere, vt facta ista non fuissent commissa: *illa certe (vt non dicamus, quod non potuerit,) violato mechanismo veri nominis miracula patrasset. Quod absurdum.* Quare nos non minus innocentes, quam hoc ipsum est horologium, absoluite ab immani vestra sententia. Quod si vero etiam vobis non licet per idem fatum, ex lege fati morimur, non ex lege iustitiæ.

Iam vero si hæc huius fati præstabilitio ad Deum referatur; quam horribilis inde de Deo idea non subministrabitur? Et quorsum ista idea non abducat? Et quid? si subditi arma ceperint in principem: & si hæreticus sermonem habuerit e meris erroribus contextum? Num hæc actiones soli mechanismo debebuntur? Aut num errori huic medetur Leibnizianum systema, quando eum duplicat, statuens, ipsam etiam animam agere ex necessitate nature, atque ita eam furti & homicidii cogitationes & volitiones eo ipso tempore, cum mechanismus istas actiones imperasset, vi istius necessitatis in se excitatas percepisse? Quod si quis dixerit, *logicam hanc esse liberiore[m] & nouam; logicam in orbe erudito hæctenus inauditam, quæ e conclusionibus, per iustam & euidentem consequentiam e præmissis deductis*, quales in sermocinatione flagitiosorum iam vidimus, ipsas præmissas velit diiudicari; illum remitto ad *Protheoria Postulatum XII. & Theorema II.* Ceterum nemo non obseruat, sententiam hæctenus disquisitam secundum Postulatum *Protheoria XI.* ad eum *matheseos abusum* pertinere, quo illa principia sua mechanica ita ad pneumaticam applicat, vt causas liberas mechanismo subiiciat.

21. *Sed quis ideo dixerit, fieri ex fatali & absoluta necessitate, quæ fiunt ex mechanismo?* Sed quis hoc non omni iure dixerit? Nam et si machina est contingens respectu constitutionis, secundum quam poterat se aliter habere: non tamen se contingenter habet in sua consecutione, sed necessario, necessitate in hoc

hoc suo genere aequè abioluta, quam quæ esse potest: secundum *Postulatum VI.* & seqq.

22. *Contrarium in superioribus abunde ostendimus (sed hoc nunquam deprehenditur) nec sufficit dicere, inde ad fatalem necessitatem & euertendam libertatem valere consequentiam; sed quomodo talia consequantur, demonstrandum est.* (Dictum, factum!) *Id autem in æternum fieri non posse, patet per ea, quæ dicta sunt (immo contrarium per ea patet: demonstrationem vero iam factam esse, liquet per ea, quæ contra syst. harm. præst. dicta sunt) & admittendum ceteroquin esset hoc absurdum, libertatem animæ pendere a virtute locomotiva corporis, consequenter hæc per accidens violata, animam in volendo non amplius esse liberam. &c.* Hic sermo in formam syllogisticam redactus continet falsam propositionem maiorem, & eiusdem est materiæ ac formæ, ac is num. II.

23. *Intelligentibus ac æquis rerum estimatoribus libertas nihil negotii facit.* Sed utique plurimum facit negotii, scilicet in quæstione, num in nouo hoc systemate salua sit? Quod si vero per *intelligentes ac æquos rerum estimatores* intelliguntur *reuerendi patres Iesuitæ Triuolchini, seu Parisini*, sæpius in hac ipsa quæstione in partes aduocati, argumentum in tantum, in quantum respectu illorum valet, conceditur.

24. *Sed illud nonnullos suspensos tenuit, num machina corporis tam artificiose a Deo construi potuerit, ut extrinseca determinatione statuto tempore exequatur libera mentis decreta &c.* Et merito quidem hoc omnes suspensos tenet. Nam os & calamus vi structuræ suæ mechanicæ sine vlla animæ directione posse ea omnia, quæcunque anima logica serie cogitat, accurate exprimere, est miraculum, quod, secundum humanum concipiendi modum, miracula omnia superat, quæcunque sacer codex prædicat. Et sic homo per omnem vitam nihil est nisi *continuatum* in actionibus suis *miraculum; miraculum & tamen ordinarium ac necessarium.* Non vero hoc, sed multa etiam alia dissentientes suspensos tenent. Quæ cum ita sint;

vera omnino sunt, quæ hi ipsi de fato mechanico ejusque extensione sentiunt.

25. Nec video, cur motus a Deo in gratiam animæ libere decernentis determinatus, qui & ipse in hac determinatione liber est, ideo fatali necessitati subiciatur, quod ab ipso determinetur, qui tamen talis futurus non erat, si ab anima determinatus fuisset. Quod Auctor cl. non videt, vident alii. Et quid sibi volunt verba: animæ libere decernentis? Siccine libere agere & agere ex necessitate nature, quod animæ tribuitur, vti paulo ante percepimus & totum systema exigit, sunt synonyma, aut εὐσέβεια? Et quomodo motus in mechanismo esse & vocari potest liber? Vtinam vero hæc fati præstabilicio non ad ipsam Dei determinationem referretur!

26. Finge, Deum animæ conferre vim determinandi motus in corpore volitionibus liberis respondentibus, quam per essentiam in systemate Leibniziano non habes. Supponitur hic, tanquam datum; de quo tamen questio est, & quod recte negatur: scilicet in systemate Leibniziano animæ relinqui volitiones liberas. Animæ vero competit non solum motuum determinatio, sed etiam effectio libera.

27. Ergo iam dices, motum exemptum esse a fatali necessitate, quia Deus eum determinavit per vim animæ concessam, seu mutuam: si vero idem per vim corporibus datam exsequatur, aut sibi propria utatur, motum fato & absolute necessitati subici. Quanta confusio, orta ex notionum non satis distincte explicatarum defectu! Epiphonema logicum: sed argumentationi ἀλόγῳ haud conueniens. In hac enim ex hypothesis perinde est, siue ipsa anima motuum & actionum sit effectrix ac directrix; siue omnia a solo corporis mechanismo dependant. Quid vero hoc est aliud, quam fatum negando affirmare, & illud simul ad Deum referre?

Ad

Ad §. XXII.

De se: an Systema harmonie præstabiliæ sit philosophiæ morali ac civili adversariæ?

1. Systema hoc in applicatione sua ita obstat doctrinæ morali & civili, ut utramque non solum labefaciat, sed evertat etiam, iam supra demonstravi. Videbimus vero, quibus argumentis hoc negetur.

2. Quoniam libertas animæ eadem prorsus est in Systemate harmonie præstabiliæ, quæ in Systemate vulgari influxus, nisi quod locomotiva in illo non pendeat ab reali quodam eius influxu, pendens tamen perinde ac in somnii Systemate a libera voluntate, nulla profecto adest ratio, cur in gratiam Systematis harmonie præstabiliæ quicquam vel mutetur, vel expungatur in philosophiâ morali, siue theoriâ, siue praxin spectes. a. At falsa est propositio minor in verbis: quoniam libertas animæ eadem prorsus est &c. Ergo etiam conclusio, quæ ea nititur. Falsitatem vero minoris abunde demonstravi. b. Limitatio propositionis minoris: nisi quod locomotiva in illa non pendeat ab reali quodam eius influxu, cum affirmatione convenientiæ collata, eiusdem generis est, ac si quis in theologicis diceret: Iustificatio in Systemate pontificiorum eadem est, quæ in Systemate Evangelicorum, nisi quod in isto ex parte hominis non a fide supplicante & apprehendente, sed a fide operaria, quæ ut qualitas infusa & memorata consideratur, dependat. c. Quomodo autem libera voluntas cum necessitate naturæ toties expresse asserta, adeo ut ob eam arum pro automato immateriali habeatur, in Systemate harm. præst. consistere potest?

3. Theoria philosophiæ moraliæ circa actuum humanorum honestatem & decorum versatur, ad quas diiudicandos nil confert explicatio commercii inter mentem & corpus. Confert omnino permulcum. Quomodo enim de honestate actionum iudicari pot-

ri poterit, nisi illæ referantur ad legem, tanquam normam? Quomodo autem ab anima referri possunt ad legem, si non dependent a regimine animæ, sed a mechanismo? Nec saluo systemate dici potest, legem vllam, siue naturæ, siue positiuam & ciuilem, datam esse animæ. Quis enim diceret, animæ datam esse legem, si ex hypothesi eius est naturæ, vt eam nec debeat, nec possit exsequi? Omnis ergo lex secundum hoc systema data est mechanismo. Sed mechanismus non eget lege & sibi ipsi lex est: & cum anima eiusdem ne quidem sit capax, immo eius nec indiga, cum omnia agat *ex necessitate nature sue*, lex, ne dicam legislator, Deus, ab hoc systemate abesse potest, saltem a iam constituto.

4. *Omnia enim, quæ ea fini adhibentur, systemata circa locomotiua tantum differunt, in eius nimirum determinatione physica dissentientia, in determinatione morali conspirantia.* a. Differentia longe maior est, quam circa solam locomotiua; vtpote præter hanc etiam in eo posita, quod in systemate communi anima agit libere, libertate naturæ: in systemate autem h. p. necessario, necessitate naturæ, vt automatum. b. Etiam differentia circa locomotiua quanti momenti sit, supra exemplo furis & homicidæ ostendi. Certe tanta ea est, vt, nisi locomotiua a regimine animæ dependeat, omnis actionum corpore editarum moralitas penitus expiret, & non possit non omnis actio etiam pessima pro bona haberi, vtpote legi naturæ in mechanismo conueniens; quemadmodum eadem etiam ratione omnes volitiones animæ, etiam pessimæ, pro bonis haberi possunt; tanquam legi naturæ, ex cuius necessitate anima agere creditur, conuenientes. Præmissas cl. Auctor cum Spinoza (salua diuersitate aliqua haud substantiali) habet communes, sed conclusionem, quam iste lubens admisit vrsitque, deprecatur & detrectat, *logicam illam*, quæ præmissas e conclusionibus, per iustam & euidentem consequentiam inde deductis, diiudicandas esse perhibet, pro *liberiore & noua*, & *hactenus in orbe erudito inaudita habens*. Vnde facile colligitur, quantopere systemati suo ab hac logica timeat. c. Dicere,

systemata

systemata tantum in determinatione physica dissentire & in morali conspirare; quid hoc est aliud, quam concessis præmissis conclusionem negare, & principia physica ac metaphysica in doctrina morali, tanquam alienissima & contraria, deserere?

5. *Neminem quoque videas morum vel iuris naturalis doctorem, qui physicam locomatiuæ determinationem, h. e. modum, quo spiritus animales in cerebro determinantur ad influendum in musculos, inter principia reposuerit, ex quibus morum honestas & decorum diiudicetur: multo minus noui quendam, qui hoc principio ad diiudicandum actiones honestas & decoras fuerit usus. Aliud est aliquid apud auditores suos docendo inter principia reponere, ita ut demum ponatur & doceatur, & ut ad illud formaliter & ex professo prouocetur: aliud aliquid, ut principium aliquod uniuersale, ab omnibus concessum, & omnibus iam ante disciplinam e natura conscia notissimum, supponere. Qui istud principium de regimine animæ in corpus e doctoribus non Cartesianis & non Leibnizianis non supposuerit, ego noui neminem. Qui vero istud inter principia, in lectionibus academicis demum ponenda, recipere uoluisset, is similis fuisset medico, qui doctrinam de nutritione traditurus diceret, sibi ante omnia ponendum esse hoc principium, quod os cum œsophago non solum ingerendis cibus aptum sit, sed etiam, quod homines ipso facto alimenta non aliter ingerant, quam per organa oris & œsophagi.*

6. *Nec potest sane quisquam hoc principio uti, cum aliud sit actionum honestarum & decorarum principium istis intrinsicum, unde honestas & decorum pendet, decorum, inquam, verum, non apprensus, quod posterius ex hominum opinione tantum tale censetur. Aliud est, aliqua hypothese uti, tanquam principio normatiuo; aliud eam supponere, & ita quidem, ut principii normatiui ratio sine supposito isto salua esse nequeat. Iam uti prius de regimine animæ in corpus nemo dixerit; ita*

Y

poste-

posterius de eodem nemo cum idonea ratione unquam negaverit.

7. *Integra ergo subsistit omnis theoria morum in systemate quocunque, quod in eam controuersia de commercio inter mentem & corpus non influat. At falsa est, ubi demonstrari, propositio minor, quod controuersia ista in theoriam morum non influat. Ergo etiam conclusio de theoriae morum integritate in systemate quocunque.*

8. *Sed nec systema Leibnizianum praxi huius philosophiae praedudicat. Omnis enim nostra praxis in hoc genere consistit in motiuis, ex actionum indole deriuandis, quibus anima in alterutram contradictionis partem vi spontaneitatis suae sese determinatura utatur, & in mediis ad fines consequendos & impedimenta remouenda uilibus describendis.* a. *Quidni systema Leibn. praxi huius philosophiae repugnaret, cum hominem contra corollarium postulati III. habeat pro duplici automato, secundum animam & corpus ex necessitate naturae agente?* b. *Quid sibi uolunt motiua, ubi non relinquitur libertas ea etiam in hoc mundo (non in alio) una cum mediis vel adhibendi, vel repudiandi?* c. *Actionum indoles ad legem referenda est. Quid uero automatis, necessitate naturae, tanquam lege immutabili, agentibus, opus est lege alia?* d. *Quid sibi uult locutio: vi spontaneitatis suae? cur non potius vi libertatis suae? Spontaneitas secundum Postulatum V. tantum simia & simulacrum est libertatis in notione nobiliore: & in notione ignobiliore ac uulgari etiam brutis, & automatis, omnibusque causis ex necessitate naturae agentibus recte tribuitur. Sic VIRGILIUS Georg. L. II. v. 47. de arboribus:*

Sponse sua quae se tollunt in luminis auras.

Et CICERO de senect. c. 19. *Ignis consumtus sua sponte extinguitur, sic & senes &c.* Ecce uero hoc spontaneitatis pro libertate obtrusae *euenus* in illustri auctore Theodiciae §. LIX. p. 243. editionis Germanicae: *Es ist gar gut, wenn wir zeigen, wie diese dependenz der actionum voluntariarum von ihren*

ihren *caussis* (das ist die *necessitas physica*) nicht verhindert, daß nicht im Grunde der Sachen eine verwunderns-würdige *spontaneitas* in uns sey, die im gewissen Verstande (quonam vero?) die Seele in ihren Entschlüssen von dem *influxu physico* aller Creaturen (sed num etiam a sua ipsius necessitate in agendo?) *independent* machet. Diese bisher wenig bekant gewesene *spontaneität* (eo vsu, seu abusu, qui pro moneta libertatis aurea cupream istam obtrudit) und die unsere Gewalt über unsere *Actiones* so viel als möglich ist, (h. e. *nihil*, quia *nihil* in automato possibile est) erhöheth, fließet aus dem *systemate* von der *harmonia praestabilita*. Sapiens fat! Imperiti vero ac incauti nouerint, sibi hic dicta esse illa VIRGILII: *Nimum ne crede colori! Frigidus, o cari, fugite hinc, latet anguis in herba!* e. Cur vero in *mediis describendis*; & cur non potius *eligendis & adhibendis, aut repudiandis*? De reliquis, quæ prætermitto, iudicari potest ex antecedentibus.

9. Sufficit nobis nosse, quinam motus in corpore imperio mentis subsint, non quomodo in ea producantur: de illo autem conuenit in omni *systemate*. At quinam corporis motus imperio mentis subsint in *systemate* Leibniziano? Disputatorem oportet sui esse memorem. Paulo ante vidimus hanc confessionem: *Actiones externa, quæ motu organorum corporis perficiuntur, MECHANISMO SVBIACENT, nec anima eundem imperio suo violare potest; secus enim veri nominis miracula patraret: id quod absurdum.* Siccine, imperio mentis subesse & *mechanismo inuiolabili subiici, sunt synonyma?*

10. Salua igitur quoque est integra *praxis philosophiæ moralis* in *systemate harmoniæ praestabilitæ*, seu, ut verius loquar, in omni *theoria & praxi morum* nulla habetur ratio illius *differentiæ, quæ in explicando commercio mentis cum corpore intercedit interpretibus*. Sed falsa est propositio minor, quod in *systemate* Leibniziano motus corporis imperio mentis subsint. Ego etiam hæc conclusio, quæ etiam supra iam semel atque iterum cum præmissis suis disiecta est.

II. *Videbis etiam, me etiam omnem theoriam & praxin moralem independenter ab hoc systemate dedisse, & in ea nihil immutandum esse, quodcunque systema aliquis fuerit amplexus.*

a. Accipio hanc confessionem respectu iuris, seu veritatis in se consideratæ, quod *theoria & praxis moralis inde non dependeat, nec dependere possit.* Et hinc per iustam consequentiam hanc infero conclusionem, quod istud systema speculationum metaphysicarum ad applicationem & praxin sit ineptum. Atque ita, qui illud comprehendunt, scholæ discunt otiosæ & supervacaneæ, non vitæ.

b. At non accipere possum confessionem istam respectu facti & intentionis atque prædicationis. Et hic miror, philosophum non esse sui memorem. Nam in præfatione Metaphysici huius systematis statim sub initium hæc legimus: *Ich habe in diesem Buche die wichtigsten Wahrheiten in einer beständigen Verknüpfung mit einander vorgetragen, und so wol in der Moral, als Politic überflüssig gewiesen, was dadurch für ein Licht in allen übrigen Disciplinen angezündet worden, und wie endlich die Gewisheit aller Erkenntniß auf diesem Grunde beruhet.* Et paulo post: *Am allermeisten aber lästet sich deswegen nichts mehrers (zu diesem Buche) hinzu setzen, weil alle übrige Theile der Welt-Weisheit in den Lehren dieses Buchs gegründet sind. Man sehe die Moral, man sehe die Politic, ja man sehe selbst diejenigen Versuche an, wodurch ich zu genauer Erkantniß der Natur und Kunst den Weg bähne; so wird man finden, daß ich mich überall auf die Metaphysic beruffe und diejenigen §§. anführe, worinnen die Gründe dessen, was erwiesen wird, zu finden.*

Item in præfatione doctrinæ moralis: *Ich habe mir angelegen seyn lassen alles in einer beständigen Verknüpfung mit einander vorzutragen, und aus der Natur Gottes und der Seele (quæ ex hypothese sunt substantiæ mundi repræsentatiuæ) zu erweisen: Daber denn auch diejenigen, welche dieses Buch gründlich verstehen wollen, sich zugleich die Gedank*

danken von Gott, der Welt und der Seele des Menschen bekannt machen müssen.

Item si ipsum systema doctrinae moralis legis, adeo identidem ad systema metaphysicum prouocari, videbis, ut vel in primo §. eam *decies quater* allegari deprehendas. Vnde facile liquet, quo sensu theorematum ista moralia, quae iste §. habet, accipi debeant. Quid? quod de actionibus moralibus non solum §§. allegantur, in quibus *absolutum consecutionis & concatenationis fatum* stabilitur; sed inter alia etiam haec expresse ponantur: Die Bewegungen des Leibes, wodurch die Begierden der Seelen erfüllet werden: passiv: pro: welche die Seele ihren Begierden nach erfüllet, oder zuwege bringet.

Ecce porro nonnulla e praefatione Politicæ: Man siehet, daß ich mich hier beständig auf die Wahrheiten beruffe, die in der Moral vorgetragen worden, und dadurch erkennet man, daß, wer die politischen Wahrheiten gründlich einzusehen will, vor allen Dingen die Moral wohl verstehen müsse. Nimt man nun die Moral für die Hand, so siehet man ferner, daß man daselbst beständig in das Buch von Gott, der Welt, und der Seele des Menschen, auch allen Dingen überhaupt, das ist, in die *Metaphysic* verwiesen wird, und dadurch lernet man, daß, wer die *Moralischen Wahrheiten* gründlich einzusehen verlanget, für allen Dingen in der *Metaphysic* sich wohl umsehen müsse. Woraus denn ferner erhellet, daß mehrere Mühe und größserer Fleiß dazu erfordert wird, wenn man die *Moralischen Wahrheiten* gründlich erkennen soll, als wenn man die *metaphysischen* begreifen will: ingleichen daß es schwerer sey, die *Politischen Wahrheiten* gründlich einzusehen, als die *Moralischen* zu begreifen. Quis talia vnquam de *Metaphysica* audiuit, ac *Metaphysico* accrederet? Item: Es darf sich niemand einbilden, als wenn er größsere *Geschicklichkeit* besäße, indem er *Moralische* und *Politische*

sche Wahrheiten erkant, als ein anderer, der mit *metaphysischen* zu thun hat. Denn dieses findet bloß in dem Falle statt, wo die Politischen und Moralischen gründlich erlernt und völlig begriffen werden, folgendes eine gründliche Erkantnis der *metaphysischen* mit dabey ist. Wo es aber an der letzten fehlet, da kan sich keiner rühmen, daß er die ersten völlig begreiffet. = = Man darf auch nicht meinen, als wenn die Erfahrung mir zuwider wäre, indem ich behaupte, es werde zu gründlicher Erkantnis der moralischen und politischen Wahrheiten auch eine tiefe Einsicht in die *metaphysischen* erfordert. Denn man wird mir kein Exempel bringen können, daß einer ohne diese jene gründlich erkennete und völlig begriffe. Quis talia legens non mirando (vt Hebræorum emphasi vtar) mirabitur? Item porro: Da nun aber die *Metaphysic*, wie ich sie nemlich abgehandelt / zu gründlicher Erkantnis der Staats-Kunst nöthig ist; so erkennet man hieraus, wie nützlich diese Wissenschaft sey, und daß auch diejenigen sich darauf zu legen haben, die in ihren künftigen Bedienungen für die gemeine Wohlfahrt zu sorgen haben: ich setze mit Fleiß dazu, NB. daß dieses von der *Metaphysic* zu verstehen, wie ich sie abgehandelt: Denn ich leugne nicht, daß in dieser Wissenschaft bisher lauter Finsterniß gewesen, und also ihre Finsterniß in den übrigen kein Licht hat anzünden können. Wer demnach die im gegenwärtigen *Tractate* (der *Politica*) vorgetragene Wahrheiten will begreiffen, der muß zuerst meine Gedanken von Gott, der Welt und der Seele des Menschen und von allen Dingen überhaupt reiflich erwegen &c.

Hæc de tantopere prædicato vsu systematis *Metaphysici*, in quo Leibniziano illi maior lux affusa dicitur; hæc, inquam, de vsu & subsidio eius necessario in reliquis disciplinis, speciatim morali & politica. Quomodo autem hæc cohærent cum præ-

præmissa confessione ista: *Videbis etiam, me omnem theoriam & praxin moralem independentem ab hoc systemate dedisse, & in ea nihil immutandum esse, quodcumque systema aliquis fuerit amplexus.* Fortasse suo tempore non deerit, qui, quantum in systemate doctrinae moralis (vt de Politica nihil dictam) eo, quod arenis metaphysicis superstructum est, mutandum sit, ex instituto demonstraret. Sed quid opus erit hac demonstratione? quandoquidem cum destructo fundamento metaphysico vniuersa philosophiae structura, quae ei imposita est, per se corrui.

12. *Irrito igitur conatu meum philosophiae moralis & civilis systema ob defensum in Metaphysicis harmoniae praestabilitae systema suspectum redditur, quasi nescio quid periculi habeat, & nescio quem fucum faciat lectori.* Irrito igitur &c. Est haec conclusio. Sed quales praemissae, talis conclusio.

13. *Vereor, ne iudicent intelligentes, talia obiicentes aut doctrinas morales & civiles non intus introspectisse, aut ab æquitate & candore quam longissime abesse.* Sed quid, si contrarium iudicauerint?

14. *Sed tu forsan vereris, ne si locomotiva a mente physice dependeat, imputatio actionum non habeat locum.* Vereor omnino: immo certo scio, rem ita esse.

15. *Vanus quoque hic metus: actiones imputantur, quatenus liberae sunt, consequenter ob dependentiam loco-motivae moralem ab anima, nequaquam vero ob physicam.* Minime est vanus hic metus. Accipio autem datum, *actiones imputari, quatenus liberae sunt, per consequens ob dependentiam loco-motivae moralem ab anima.* Et hinc argumentor:

Vbi nulla est actionum libertas proprie dicta, ibi non habet locum imputatio.

Atqui

Atqui in systemate Leibniziano nulla est proprie dicta libertas. Ergo.

Propositio maior nititur dato, & minor hactenus abunde fuit probata: Ergo conclusio est vera. Porro argumentor:

Vbi nulla est locomotiæ dependentia moralis ab anima, ibi non habet locum imputatio.

Atqui in systemate Leibniziano nulla est &c. Ergo.

Propositio maior vi dati est ipsius cl. Auctoris. Minorem probo ex eo, quod in systemate Leibniziano nulla dari potest ratio de dependentia locomotiæ morali ab anima. Quodnam enim, quæso, huius dependentiæ fundamentum erit? liquidem anima ex hypothesi nec iussu, nec suasu, nec motione nec libere intermissa impediendi opera, nec alio modo libero, quo imputatio niti possit, ad actiones corporis concurrat. At volitione & assensu, inquis. Vbi vero volitio libera, & assensus liber in automato immateriali, quod volitiones suas & suam assensus perceptionem non nisi *ex necessitate naturæ* in se euoluit, & si non ita euoluisset, uti actu ipso euoluit, aut non esset ista anima, quæ est, aut debuisset esse in *alio mundo*, cuius structura mechanica aliam volitionum ac nolitionum (ignoscat lector vsus gratia sic loquenti) consecutionem ac euolutionem requisuisset. Certe *volitio non libera*, sed ex necessitate naturæ facta, est *non ens*. Non entis vero uti nulla affectio, sic nec vlla est imputatio. Ceterum dependentia locomotiæ physica & moralis ab anima non sunt opposita, sed subordinata.

16. *Non quod anima direxit spiritus animales, ut influerent in hunc vel istum musculum ad producendum motum appetitui conuenientem, ideo actio eidem imputatur: sed quod appetitus, cui motus iste corporis respondet, fuerit liber. At appetitus liber & appetitus necessitate naturæ excisatus est σιδηρόξυλον Superuacaneum*

caneam vero esse istam modi, quo anima in corpus agat, determinationem, quæ hic fit, iam supra obseruatum est.

17. *Libertas animæ in volendo & nolendo principium imputationis est, consentientibus omnibus in uniuersum moralistis, non locomotiue dependentia.* Et recte quidem. Iam vero cum in systemate Leibniziano nulla sit libertas in volendo & nolendo, sed pro ea nil nisi *spontaneitas* uotionis ignobilioris, etiam automatis & caussis ex necessitate naturæ agentibus competens; nullus in eo imputationis locus, nullum fundamentum est. Alia etiam est dependentia locomotiue *mere physica*, ad necessitatem naturæ relata; alia *physica* quidem, sed simul tamen *libera*, respectu causæ agentis. Mere physicam & necessariam systema commune abhorret, *liberam* tuetur.

18. *Vereris porro, ne actione corporis in mentem (mentis in corpus) negata, locum non habeant pænæ, quarum metu coerchetur. Vanus etiam hic metus in auras abit.* Vereor omnino, & recte quidem: immo non vereor solum, sed certo scio ac demonstravi. Quare uti iste metus num. 15, non est vanus; sic neque hic, sed utique maxime fundatus.

19. *In omni systemate oriuntur perceptiones in mente mutationibus in organo sensorio factis conuenientes, atque ab iis, non a modo, quo producuntur, originem ducit metus pænæ, sine quo ciuilibus obligatio subsistere nequit.* In omni systemate oriuntur perceptiones in mente mutationibus in organo sensorio factis conuenientes: recte: sed quis hoc negat? cum de hoc non sit quæstio. Non enim quæritur: *an*, sed *quomodo* oriuntur? Hæc est discrepantia. Nam in systemate communi oriuntur *libere*, ita ut non demum in *alio*, sed *in hoc ipso mundo* pro libertate arbitrii potuerint non oriri, illæ nimirum, quæ partim ab anima ipsa dependent, partim post passiuam ex organorum

norum corporalium repræsentatione factam receptionem, in libero vsu versantur: at in systemate Leibniziano oriuntur *necessario* necessitate naturæ, ita vt *in hoc mundo*, ad cuius machinam homo ipse refertur, non possint non oriri; etsi possint non oriri *in alio mundo*. Atque ite secundum systema commune metus & fuga poenæ fundamentum suum habent in libertate: quæ cum in altero isto systemate plane nulla sit, omnis concidit actionum moralitas; metus vero poenæ est necessarium automati immaterialis phænomenon cum ipsa poenæ fuga.

20. *Controuersia de commercio inter mentem & corpus recte explicando inter philosophos agitata non influunt in obligationem ciuilem.* Influunt omnino, uti hætenus demonstratum est. Et si non influunt, cur lector & auditor doctrinæ moralis ac ciuilis tam operose ablegatur ad principia metaphysica, tanquam ad fundamentum summe necessarium? Sed cum vltima ista verba conclusionis locum habeant, cum disiectis suis præmissis iam per se concidunt. Hæc hætenus de capite secundo, seu de homine, & speciatim de harmonia commercii inter animam & corpus præstabilita, & de eius vindictis a cl. Auctore in Commentatione frustra tentatis. Præterea alia, imprimis ea, quæ in systemate metaphysica minus recte de *affectibus* hominis traduntur.

CAP.

CAPVT IIL
DE
DEO.

Placitum I.

De Atheismo, quod per se corruptionem morum
non efficiat.

L *Ex natura per ipsam naturam stabilita est, & valeret, eisi homo superiorem, qui ad istam ipsum obliget, non haberet; immo locum esset habiturus, eisi nec Deus esset. Atque ita errant illi, qui sibi persuadent, atheo licitam esse vitam, quamcumque viuere velit, & ipsum quæuis scelera & flagitia esse patraturum, si modo a pœnis ciuilibus sit immunis. Nam hoc tunc tantum accidit, quando atheus est insipiens & qualitatem actionum liberarum non recte perspicit. Ideo non atheismus ipsum ad vitam improbitatem perducit, sed ipse ignorantia & error de bono & malo, ex quo fonte etiam apud alios, qui athei non sunt, vita inordinata & improba oritur. Verum quidem est; atheum atheismo suo posse uti, ut se in ignorantia & in errore de bono & malo confirmet, ideoque in eodem perseuerare: sed inde vita dissoluta cum atheismo non est necessario coniuncta. Non ignoramus, ipsas etiam doctrinas christianas ab hominibus, qui in ignorantia & errore circa bonum & malum hærent, ad peccata transferri. Absit patrociniûm atheorum. Sed absit tamen, ut veritati aduerser. Doctrinâ moral. c. I. § 20, 21, 22. p. 15, 16. Hæc Germanice ita se habent: Das Gesetz der Natur ist durch die Natur fest gestellt worden, und findete statt, wenn auch gleich der Mensch keinen Oberrn hätte, der ihn dazu verbinden könnte: ja es würde statt finden, wenn auch gleich kein Gott wäre.*

wäre. Und also irren diejenigen, welche ihnen einbilden, ein Atheist möge leben; wie er wolle, und werde auch alle Schandthaten und Laster in der That begehen, wenn er nur von bürgerlichen Strafen frey ist. Denn dieses trifft nur ein, wenn ein Atheist unverständig ist und die Beschaffenheit der freyen Handlungen nicht recht einsiehet. Daher bringet ihn nicht die Atheisterey zum bösen Leben, sondern seine Unwissenheit und sein Irthum von dem guten und bösen, aus welcher Quell auch bey andern, die keine Atheisten sind, ein unordentliches Leben und unrichtiger Wandel entspringet. Es ist wohl wahr, daß ein Atheist die Atheisterey dazu brauchen kan, sich in der Unwissenheit und im Irthum von dem guten und bösen zu bestetigen und deswegen darinnen verharret: allein es ist darum nicht ein liederliches Leben mit ihr nothwendig verknüpft. Wir wissen, daß wohl die Lehren der Christlichen Wahrheiten von Leuten, die in Unwissenheit und Irthum von dem guten und bösen stecken, auf Sünde gezogen werden. Es sey ferne, daß ich den Atheisten das Wort reden wollte. Ich kan doch aber auch nicht wider die Wahrheit seyn.

DISQUISITIO.

§. I.

Error hic non est simplex, sed multiplex. a. Esse, seu fore legem naturæ obligantem, per ipsam naturam in homine stabilitam, es si ne Deus ipse quidem esset. b. Atheismum per se in vite ac morum corruptionem non influere, & errare illos, qui hoc statuunt & pronunciant. c. Dari atheos non insipientes, sed sapientes, saltem eo usque, ut qualitatem actionum liberarum recte perspiciant, & secundum istam & legis naturæ normam honeste & ex virtute vivant, nec hereant in ignorantia & errore de bono & malo. d. Hæc effata abesse ab atheismi patrocinio & servire veritati. De singulis quam fieri potest brevissime forsum.

Fal-

Falsum est, fore ius naturæ, etsi non esset Deus. Nam ius naturæ quid est, nisi lex naturæ. Vbi vero lex est, ibi est legislator. Et si non esset auctor & legislator naturæ, quifum naturæ legem impressit, non esset ipsa natura: nisi cum atheis naturam pro Deo habere & dicere velis, naturam cum lege sua esse a se ipsa & æternum existisse. Et sic phrasis: Das Gesetz der Natur ist durch die Natur fest gestellt, nihil aliud significaret, quam immutabiles fati leges.

§. II.

Falsum est, atheismum per se esse innocentem, seu, quod idem est, non influere in corruptionem vitæ, morum, ac societatis humane & civilis. Qui error cum e falso isto principio, quod detur lex siue legislatore, lex naturæ sine auctore naturæ, Deo, ortus & expresse deriuatus sit, cum eodem sic detectus concidit. Atheismum vero non demum per accidens, sed omnino per se ducere ad corruptionem vitæ ac morum, manifestum est:

- a. Ex ipsa Atheismi indole, quæ nihil est nisi ipsa, eaque summa, intellectus & voluntatis corruptio, vti ex vna parte in summa stultitia, sic ex altera in extremam miseria posita: quemadmodum post complures demonstrauit in *Causa Dei* Sect. IV. Iam autem valet hic canon metaphysicus & logicus: *qualis causa, talis effectus*. Intellectum verò & voluntatem hominis ad eiusdem vitam ac mores se habere, vt se habet causa ad effectum, nemo nescit & negat. Quis itaque ab atheismo, tanquam causa longe corruptissima, alium, quam corruptissimum, vitæ effectum expectauerit? Certe, quod Saluator generatim dixit, omnino etiam de atheismo, causarum malarum omnium pessima, valet: *Num colligant ex spinis vnam, aut ex tribulis ficus? putris arbor fert putres fructus: nec potest arbor mala honos fructus ferre*. Matth. VII, 16. seqq.
- b. Ex opposito, seu ex effectu religionis plane contrario. Manifestum enim est, nec ab vilo sanæ mentis homine negatur, religionem, etiam naturalem illam, quæ primum a-

theismo aggerem opponit, & multo magis reuelatam, per se influere in vitæ omnis sanctitatem & probitatem. Iam vero atheismum religioni aduersa quasi fronte opponi, in confesso est. Quæ cum ita sint, non est *inutilis* philosophica, quæ ignorat & applicare nescit exploratissimæ veritatis canonem: *oppositorum opposita sunt attributa, opposita consequentia.* Secundum hunc enim ita erat argumentandum: Religio per se influit ad vitæ pietatem morumque probitatem interiorem & exteriorem: ergo atheismus per se influit in vitæ impietatem & morum, præcipue interiorum, corruptionem.

- c. *Ex illa atheismi proprietate, qua athei legem naturæ, tanquam a causa intelligente & libera, Deo, non profectam, habent pro bruta necessitate, & qua quoslibet corruptæ naturæ instinctus & impetus, imprimis vehementiores & corruptioni suæ gratiores, habent pro lege naturæ, obsequendi non solum licentiam adferente, sed necessitatem quoque imponente.* Hinc atheus vi atheismi sui non potest non laxatis, immo abruptis, habentis ad quamuis vitæ *ἀσφάλειαν*, in quantum ambitio non obstat, & ad extrema flagitia, nisi inde temporariæ poenæ metu retrahatur, in transversum præceps ruere.
- d. *Ex illa atheorum de ortu mali moralis ignorantia, quæ es atheismo resultans eos ad negationem omnis moralitatis abducit.* Etenim de mali moralis, in vitiis positi & virtutibus oppositi, ortu interrogati hærent, nihil habentes, quorum illum referant. Nam Deo, aut libero hominis arbitrio, cum vtrumque abnegent, illum tribuere nequeunt. Et vt istum brutæ materiæ tribuant, manifesta absurditate prohibentur. In quas angustias quando se redactos deprehendunt, nec tamen atheismi principiis renuntiare volunt; non possunt non per iustam istorum consequentiam eo insanie deuenire, vt omnem moralitatem negent, eamque ad hominum opinionem referant. Moralitate vero, & cum ea virtutum ac vitiorum forms, sublata
- e. *Ex*

e. *Ex communi illo atheorum errore*, quo, vt legem naturæ insitam, ita etiam reliqua omnia, quæ homini & peragenda sunt & aliunde obtingunt, *fato fatuo* adscribunt. Fato autem vniuersam doctrinam moralem non vitari tantum, sed penitus etiam e medio tolli, nemo ignorat. Iam si atheismus ipsam doctrinam moralem tollit, qua quæso veri specie is statui potest ad corruptionem morum non influere? Et quamuis inter atheos sint, qui a fato fatuo sint alieniores; ipse tamen atheismus per se ducit ad absolutum fatum. Nam negata mundi causâ efficiente & intelligente affirmatur eius æternitas, & negatur eiusdem contingentia, & cum mundi æternitate stabilitur absoluta necessitas, doctrinæ moralis & omnis religionis pestis.

f. *Ex illa atheismi noxa*, quam societati humanæ & ciuili ob defectum religiosæ fidei infert. Etenim atheus iure iurando ad fidem & veritatis confessionem obstrictus irretet mentem fidemque iuratum, & si per impunitatem temporalem licet, agit præstatque, non quod debet, sed quod vult, si non pro hypothese ex fato, tamen e libera animi malitia. Vnde atheismus semper pro peste rerum publicarum est habitus; tantum abest, vt pro innocenti, qui nullam in eam corruptionem introducat, habitus sit, aut haberi potuerit.

g. *Ex illa atheorum indole*, quam inter Dei cultores induunt, aut ostendunt. Etenim inter hos aut dissimulato atheismo cultum Dei simulant: aut atheismo prodito omnis religionis sunt irrisores. Si hoc fecerint, in manifesto deprehenduntur crimine, & in eo quidem, quo Dei cultoribus grauissimo sunt scandalo. Si vero istud, turpes & fraudulentæ sunt hypocritæ. Ecce igitur praxin doctrinæ moralis in atheis! Et fac, esse atheos externe honestos: certe honestas hæc non pendet ab atheismo, sed aliunde; nec perpetua est, & omnium minime est genuina, e genuino & interno animi, ad sapientiam & virtutem bene

ne

ne compositi habitu deriuata. Certe enim sepulchra eiusmodi dealbata intus grauitè olenti βδελύγματ; morali referta sunt; in quantum vero meliores sunt, in tantum non sunt athei. Bene itaque illustris SECKENDORFIUS in *Christenstaat*, *Additam.* p. 39. Der Mensch, der sich ohne Schen für einen Atheisten ausgiebt und doch recht thut, und sich in menschlicher Gesellschaft wohl verhält, der ist nicht so arg, als er seyn will. Denn eben das gute, so er thut, kömmt zugleich aus einer innerlichen Erkenntniß einer Verbindung und Schuldigkeit her, welche in effectu von Gott und dem göttlichen natürlichen Lichte gewircket wird, ob es gleich der thörichte freche Mensch nicht also erkennet und nennet, sondern etwan aus Ehrgeitz thut, und aus einer Verführung und Eitelkeit solchen Glauben und Erkenntniß nicht gestehen will.

- h. *Ex atheorum scopo, exemplis & confessione.* Ecce enim athei Deum, sui conditorem, inspectorem & futurum iudicem, abnegant? cur dictamen conscientia, a Deo infitum, suppressum extinctumque eunt, nisi vt sine censura interiore & sine formidine poenæ diuinæ, atque ita etiam sine inquiete interna secure possint in diem vivere? Nonne hoc ipsum est, quod plurium exempla abunde comprobarunt, & quod eorundem, si forte ad sanio mentem redierunt, confessio confirmauit? Certe *Comitis Rossensis* vita, publico scripto consignata, hic est instar omnium.
- i. *E defectu ullius systematis in doctrina morali,* quod vnquam ab vilo atheo ex atheismo fuerit deductum, aut deduci potuerit, aut quod ita comparatum sit, vt sit genuinum & simul cum atheismo consistere possit. Quam vero corrupta sit illa morum doctrina, quam principia atheismi gignunt, aut admittunt, infami exemplo docuit SPINOZA in *Ethica* sua. Quid? quod in tractatu Politico inter alios hos posuit flosculos morales: *Vnius cuiusque naturale*
ius

ius se eo v' que extendit, quo eius potentia. Opp. p. 270.
 Item: *Nihil absolute iure natura prohibetur, nisi quod nemo potest.* Item: *Fides alicui data, qua aliquis solis verbis pollicius est, se hoc aut illud facturum quod pro suo iure omittere poterat, vel contra, tam diu recta manet, quam diu eius, qui fidem dedit, non mutatur voluntas.* En specimina Ethicæ atheisticæ!

k. *Ex illo Davidis Θεοπένης testimonio, de doctrina morali atheorum: Dicit stultus in corde suo: non est Deus: hinc corrumpunt & abominabilem faciunt quamlibet actionem.* Psalm. XIV, 1. Die Thoren sprechen in ihrem Herzen: *Es ist kein Gott. Sie tügen nicht und sind ein Greuel mit ihrem Wesen.* Postquam pestem atheismi moralem tot argumentis e re ipsa desumptis abunde démonstravi, crediderim, nostri temporis philosophos novos tandem ipsi etiam Deo id esse daturos, vt in causa sua ipse aduersus atheos testimonium dicere possit & debeat.

§. III.

Nec quidquam valet exceptio, *etiam religionis christiane doctrinas ab iis, qui in ignorantia & errore circa bonum & malum hærent, ad peccata transferri, cum per se eo non influant; ideoque idem dicendum esse de atheismo.* Siccine atheismus ipsi religioni in hoc tertio æquiparandus erat! Eadem vero huius argumenti vis est, ac si quis diceret: *si homo opibus affluens per avaritiam eget, homo egens opibus abundat.* Quis enim hic non videt rationem plane disparem in Dei *confessione plana superficiali & Dei abnegatore serio?* siquidem *superficialia Dei confessio non ita influit, nec influere potest, in pietatem, quam seria Dei abnegatio, seu atheismus, in omnem impietatem.* Atque ita eo minus valet ista exceptiuncula, quo magis ipsi sanioris logicæ vsui repugnat.

§. IV.

Pergo ad erratum tertium, quod est *existere atheos non insipientes, seu quosdam sapientes, saltem eo vsque, vt qualitatem actionum liberarum recte perspiciant, & secundum istam ac legis normam*

normam honeste & ex virtute viuant, nec hæreant in ignorantia & errore de bono & malo, sed virius que habeant cognitionem veram, ideoque in boni studio & mali fuga versentur. Hoc enim loco supra allegato dicit Auctor clarissimus, aut logice nihil dicit. Verum enim vero quanta non est hæc philosophandi audacia, de atheis, quos ipsa scriptura sacra pro *stultis*, cum emphasi talibus, declarat, & quos mortalium omnium *stultissimos* esse, res ipsa abunde comprobat, scribere: *Dis trifft nur ein, wenn ein Atheist unverständlich ist, und die Beschaffenheit der freyen Sanktionen nicht recht einseheth, daher bringt ihn nicht die Atheisterei zum bösen Leben, sondern die Unwissenheit, und sein Irrthum vom guten und bösen.* Certe Atheus, qui veram habet actionum liberarum cognitionem, nec circa malum & bonum in ignorantia & errore versatur, est *σιδηρόξυλον*, & ens utopicum.

§. V.

Quæ hætenus deducta cum ita sint, manifestissimum est, protestationem doctissimi Auctoris, qua negat, se atheorum causam agere, facto ipsi aperte & directe esse contrariam. Quod si enim hoc non est atheismi patrocinium, erit sane aut nullum, aut in ipsa atheismi confessione, quod nemo dixerit. Cum quo periculoso effato qui reliqua omnia huius discussionis, imprimis ea, quæ in illa de argumentorum, quæ pro evincenda Dei existentia validissima sunt, impugnatione deteguntur, contulerit, cohorrescet sane ad eiusmodi scandala: ad hæc doctrinæ scandala eo grauiora, quo confidentius dantur a doctore publico in facie totius orbis litterati & ecclesiæ christianæ, & quo periculosiora sunt iuuentuti, cui speciatim obicitur, academicæ; hoc præsertim tempore, quo atheismi vorago, per effrenam sentiendi audaciam patefacta, aut dilatata, tot animas quasi iam submersas tenet. Quid ad hæc aliquando iustus ille iudex, qui non sine vibrato maledictionis fulmine dixit: *ve scandala præbensibus!* Matth. XVIII.

Placisum

Placitum II.

De definitione spiritus idealistica generatim.

Spiritus in genere est substantia uniuersa representatiua. Differentia uero specificæ desumenda sunt a modo representandi uniuersum, qui in infinitum variari potest. Ratio prælect. p. 150.

DISQUISITIO.

1.

Cum iusta definitio definito nec latior esse debeat, nec angustior, hæc definito suo longe est *angustior*. Nam quod in spiritu proprie sic dicto est præcipuum, est *libertas*, electionum, determinationum & actionum voluntariarum & liberarum principium: nec non *voluntas*, per quam se *libertas* quam maxime exserit. Jam uero e *pumice* vix difficilius aquam deriuaueris, quam e proprietate uniuersi *representatiua*, seu mere ideali, *liberam voluntatem*. Quis quæso e secundaria ista hominis proprietate, qua ridere potest, hominem definiverit per, *substantiam risibilem*?

2. Cum definitiones desumendæ sint e rerum definiendarum natura, per rationem & experientiam cognita, hæc definitio ex idealismo petita, mechanismo, quo omnis motus e motu antecedenti alio existit, accommodatur. Hoc enim mechanismi principium, etiam ad causas libere agentes applicatum, genuit illud, quod spiritus in corpora non agat, nec ea moueat, nec sensuum ministerio rerum corporearum ideas accipiat. Hic uero error secundus ut cum primo saluus esset, parandum ipse erat præsidium idealisticum per tertium de *natura* spiritus, *tantumquam uniuersa per se iam*, sine subsidio corporis, seu sensuum corporeorum, *representatiua*, & ita quidem, ut ista spiritus natura hac tantum *facultate ideali* constaret. Atque ita natura spiritus sic concepta non permittebat, ut etiam a *libera & potenti uoluntate* describeretur, repugnante scilicet systemate.

3. Omnia, quæcunque in hoc uniuerso fuerunt, existunt & futura sunt, maxima & minima, ex huius systematis hypothefibus (uti cap. I. & II. uidimus) sunt *necessaria*; utpote facti physico-

fico . mechanici, in hoc vniuerso plane immutabilis, legibus subiecta. Istarum vero rerum necessario euenientium *ideas*, seu *representationem*, in se habere, & quidem non alio, quam præcise eodem ordine & modo, quo res ipsæ in vniuerso vi concatenationis suæ mechanicæ necessario eueniunt; quænam hæc est *intellectus* libere ratiocinantis, diiudicantis & determinantis *libertas*? quæ *prudencia* ac *sapientia*? Manifestum itaque est, ista definitione spiritum ne a solo quidem intellectu recte definiri, & definitionem istam non desumptam esse a natura rei, vnde systema formandum erat; sed e formato iam systemate, ad quod natura rei ipsa etiam definitione fuit inflectenda. Taceo, hanc definitionem ob istos suos defectus definito multo esse *obscuriorem* & *enigmati* simillimam.

4. Quæ hætenus considerata spiritus definitio idealistica cum naturæ spiritus nequaquam conveniat, rectius fecisset cl. Auctor, si eam spiritus definitionem, quæ *ab intellectu & voluntate libero* desumitur, & quam ad ostendendam animarum in brutis & hominibus differentiam in *Metaph.* 896. ipse in tantum adoptat, solam & retinisset & applicasset. Indignum enim est spiritu immortali, speciatim ad hominem & Deum ipsum relato, eum describere ab *objecto materiali*, & a sola illa potentia, quam habet in ideis de objecto formandis.

5. Quam manca hæc sit spiritus definitio, iam vidimus supra cap. II. Placito I. in definitione *anime*. Idem iam videbimus in definitione *Dei*. Ceterum conferenda hic etiam omnino sunt, quæ cap. I. plac. II. de quatuor spirituum speciebus, & primo quidem loco de *simplicibus elementaribus*, secundo de *animabus brutorum*, tertio de *animabus hominum*, quarto denique de *Deo* dicta sunt, quasi istæ tantum diuerso facultatis representatricis gradu inter se differrent.

Placitum III.

De notione & definitione Dei idealistica;

Hinc ulterius deduxi Dei notionem, cuius supra §. 25. memini, quod scilicet sit substantia omnia vniuersa possibilis unico actu distincte

binde, aut si mavis adequate sibi representans. Rat. Præl. p. 159. Item Metaph. §. 1067. Essentia Dei consistit in virtute seu facultate illa (in der Kraft) omnia possibilia, h. e. omnia uniuersa (omnes mundos) distincte & simul representandi. conf. §. 1069.

DISQUISITIO.

1. Hujus definitionis dijudicatio dependet a præcedentis Placiti disquisitione. Nonnulla tamen etiam hic seorsum erunt notanda. Cum definitio notior esse debeat definito, hæc eo multo est *obscurior*, immo ænigmatica. Quod si enim aliquis antea, aut simul, non perceperit, quodnam sit definitum, hoc sane e definitione tandem vix per conjecturam intellexerit.

2. Secundum hujus definitionis *ἡ ἴση* in eo est, quod pro objecto representationis habeat non *uniuersum istud*, quod reuera existit, sed *omnia uniuersa possibilia*: quasi vero euctum esset, Deum, præter ideas uniuersi unici re ipsa existentis, aliorum etiam uniuersorum omnium, & quidem innumerorum, quæ sunt possibilia, h. e. quæ, etsi nunquam vel exstiterunt, vel existent, tamen existere potuissent, aut possent, & quæ hæc philosophia identidem prædicat, ideas sibi formare, aut inanem ac supervacaneam hanc formationem convenire divinæ perfectioni.

3. Porro hæc definitio contra naturam bonæ definitionis *angustior* est definito. Etenim definitio hæc Dei naturam & opus tantum refert ad intellectum ejus speculativum, intellectum tantum collocans in uniuersi repræsentatione, seu speculatione, iis, quæ de libera & potenti Dei *voluntate* dicenda erant, plane omissis. Nonne vero hæc definitio etiam Deo Aristotelicorum non-deo convenit?

4. Ceterum cur Deus tantum definitur *ab objecto*, ab uniuerso? Cur non simul *ab effectu*, quod mundum condiderit? Et cur non simul *a providentia*, quod conditum mundum conseruet ac gubernet? Anne hujus silentii causa sit in hypothesi de mundi æternitate, item in ea de nexu rerum omnium fatali, providentiæ divinæ aduerso, alii viderint.

5. Non parum quidem hanc definitionem suam exornat,

quando §. 54. ita pergit: *Inde non solum ea fluunt, quæ ad intellectum divinum cognoscendum spectant, sed sumta simul existentiæ uniuersæ unius sive idealis, sive realis, voluntas quoque diuina cum suis attributis inde deducitur.* Sed hæc dicuntur, non probantur.

6 Quod si conferamus *Metaphysicam*, ubi §. 955. *intellectus Dei* describitur, quod sit *distincta & adequata representatio omnium possibilium*, confirmamur, essentiam Dei tantum ad intellectum referri, ideoque vnâ eandemque esse utriusque definitionem. Et sic etiam essentiam hominis quam imperfectissime & in præiudicium liberæ voluntatis definiri, jam supra c. II. vidimus. Quod si aliquis, prudentis œconomi aut principis intellectum definiturus, diceret *eum esse representationem idealem villæ aut regni sui?* Quis hoc admitteret philosophema? Iam quod ne quidem ad naturam intellectus exprimendam sufficit, multo minus sufficit ad naturam spiritus, qualis est anima & κατ' ἐξοχήν Deus.

Placitum IV.

De argumentis pro existentia Dei demonstranda in se solidis, a cl. Auctore in *voðeias* suspensionem adductis.

Argumentum in materia vitiosum est, quod nititur præmissæ falsæ. Qui igitur ab ordine uniuersæ argumentantur ad autorem ordinantem, vitium in materia admittunt, fallaciam nempe dicti simpliciter. Sumunt enim tanquam simpliciter verum, ubi datur ordo, ibi datur ordinans, quod non nisi secundum quid, nempe de ordine continense intelligendum est. Superius enim iam ostendi, in ordine absolute necessario nullum dari ordinans.

Geminum est argumentum, quando ab artificiosa machine mundanæ structura ad autorem eius, Deum, argumentantur. Sumitur enim, structuram artificiosam supponere artificem, quod non simpliciter verum nobis innotuit, adeoque tantum secundum quid intelligendum est, nempe de operibus artis, de quibus per induktionem innotuit illa suntio. Antequam igitur probaueris, quod de operibus artis an-

nota-

notasti, idem ad opera naturæ applicari posse; sumptione illa usus fallaciam dicti simpliciter committis.

Dixi, in nonnullis argumentis adhiberi præmissas gravis assumptas, quarum tamen demonstratio difficilior, quam existentia diuinæ. Exempli loco esse possunt, qui supponunt, genus humanum cœpisse, aut mundum cœpisse, quod virumque sine probatione assumere non licet, difficulter tamen demonstrari potest, immo publice hæcenus demonstratum non est, ex principiis scilicet rationis. Quodsi quis ex eo sumat, mundum cœpisse; quod ostendere possit, statum telluris præsentem cœpisse; is fallaciam dicti simpliciter duplicem admittit. Etenim si probauit, tantum tellurem cœpisse quoad statum præsentem, initium eidem assignare nequit quoad statum omnem; multo minus autem, quæ de mundo quoad partem, nempe tellurem, monstrauit, ad mundum quoad omnes partes, seu integrum, applicare valet.

Similiter qui a finibus rerum magna cum pompa petunt argumentum, sumunt, quod non probant, dari rerum naturalium fines: Valde autem vereor, ne sumptionem probaturi committant circulum vitiosum.

Dixi, argumenta nonnulla esse exceptionibus obnoxia, quæ difficulter tollantur. Exemplum præbet, quod a dictamine conscientie defumitur, unde existentia remuneratoris bonorum & vindicis scelerum clandestinorum arguitur. Sunt enim qui excipiunt, dictamen illud conscientie esse persuasionem vanam educatione contractam: quod non adeo facile refellitur, quam vulgo putatur; si nondum aliis argumentis euictum fuerit, dari Deum. Sunt etiam, qui negant, conscientie dictamen in sacris Rom. II. 14. 15. commendari tanquam argumensum, quo probetur existentia Dei, cum tantum apostolus eodem utatur ad stabilendam existentiam iuris naturalis, quod, uti notissimum est, dari potest, etiamsi nullus esset Deus.

Dixi denique, in quibusdam argumentis, quibus Dei existentia stabiliri solet, eas supponi Dei notiones, ex quibus egre attribuat
eius

ejus deduxeris. E.gr. Si quis vel maxime per angores conscientie & tranquillitatem eiusdem ob male vel benefacta euiceris, dari inuisibilem boni remuneratorem & mali vindicem; difficulter tamen is postea demonstrabis, hocce ens attribuis iis vestis, que in Deo agnoscimus. Ratio Prælect. Sect. II. Cap. III. §. 41. 199. p. 155. sq.

DISQUISITIO.

1. De hisce argumentis generatim notandum est, ea per se esse verissima & solidissima, secundum *corollarium Postulati 1.* Et hoc est, quod demonstrari in *Causa Dei* Sectione eius prima & secunda.

2. Auctor noster doctissimus in illorum usu & tractatione quid desideret, notat quidem: ac non probat, ista cum notatis defectibus tractata esse ab illis, qui atheismum in scriptis publicis profligarunt. Et quamuis hoc de nonnullis fortasse dici queat; de omnibus tamen & de præcipuis nunquam probari poterit. Interea tamen argumenta ista sub eiusmodi, quam vidimus, censuram vocata, euilescunt, inprimis apud iuuentutem academicam, cui *Ratio Prælectionum* in qua ista exstat, præcipue scripta est, & cui censura illa ad istius Prælectionis ductum etiam viua voce instillatur: quo autem euentu, facile potest colligi. Nonnulla nunc de argumentis singulis seorsum erunt obseruanda.

3. *Ordinem huius uniuersi non necessarium, sed contingentem* esse, ab illis, qui hoc argumento vsi sunt, simul demonstratum haud esse, nondum probatum est a viro cl. nec unquam probabitur. *Contingentia* vero mundani ordinis eo facilius demonstratur, quo magis hic ab ordine necessario & nude abstractiuo, qualis in geometricis est, differt. Ea autem demonstrata argumentum, quod inde ad probandam existentiam causæ ordinantis & intelligentis, h. e. Dei, desumitur, est verissimum ac euentissimum.

4. Ad argumentum istud cognatum, a *structura huius uniuersi artificiosa desumptum*, quod attinet, nemo facile eodem vsus fuerit, nisi facta argumentatione a maiori ad minus, scilicet admi-

admirandum mundi systema multo minus existere potuisse a se ipso, cum ne vlla quidem res arte facta sine artifice existat; & adiecta simul demonstratione de structuræ mundanæ *contingentia*, omnino causam necessariam & intelligentem supponente.

5. In argumento, quod a *mundi & generis humani initiis* desumitur, a *nemine e principiis rationis hactenus publice probatum esse, quod mundus ac genus humanum non fuerint ab aeterno, sed coeperint*, grauis est inculatio omnium illorum, qui atheismum solide detexerunt, eo minus hic attendenda, quo minus vlla probatione stipata est. Certe quantopere a vero absit, inter alios vel solus IACOBVS ABBADIE, a C. L. BILLERBECKIO Germanice versus & notis illustratus cap. VII. seqq. docet. Conferenda hic sunt, quæ iam supra cap. I. Placito III. de mundi æternitate in huius argumenti vindiciis dicta sunt.

6. Quis vero in deductione argumenti a *rerum finibus desumpti*, non eadem opera probaret, *dari omnino rerum naturalium fines*; cum, quocumque oculos vertimus, illi vbique in maximis & minimis sint conspicui, vna cum ipsarum rerum structura ac natura ad fines istos obtinendos *vt contingenter*, sic etiam quam sapientissime, adaptata.

7. Sint vero, qui ad argumentum a dictamine conscientie desumptum excipiant, dictamen illud *esse persuasionem vanam educatione contractam*; num quid huius exceptiunculæ utilitatis ipsi argumento decedere potest? Quam vero inutilis ea sit ac inepta, idem laudatus ABBADIE, inter alios complures, cap. II. tractatus atheis oppositi solide demonstrat. Absit igitur, vt existimemus, *obiectionem istam non facite refelli*. Ibi vero, qui negant, conscientie dictamen Rom. II, 13. 15. commendari, tanquam argumentum, quo probetur existentia Dei, & contendunt, Apostolum eo *tantum vt ad stabilendam existentiam iuris naturalis*, plane ineptiunt. Nam Paulus argumento a dictamine conscientie petito ad stabilendam existentiam iuris, seu legis naturalis omnium hominum

cordibus inscriptæ, ita vitur, vt in integro contextu gentes a lege remittat ad *legislatorem*, qui legem cordibus inscripserit. Videantur inter alia C. I. v. 32. & C. II. v. 1, 2, 3, 4, 5. seqq. Dolendum vero est, cl. Auctorem hæc ita referre, vt sua faciat. Id quod postiora in primis verba indicant, nimirum hæc categorice posita: *quod (ius naturale) uti notissimum est, dari potest, etiamsi nullus esset Deus.* Non autem hoc est notissimum, sed falsissimum. Vbi enim *lex naturæ* est, ibi est *legislator*, auctor vti ipsius naturæ, sic etiam legis, ipsi inscriptæ, nisi cum Spinoza ipsam naturam habere velimus pro Deo, seu Dei loco. Causa vero, aut, si mauiis, occasio huius asserti, *dari legem naturæ, etsi nullus esset Deus*, hæc est: Qui ita sentiunt, deprehendunt in se, teste natura conscia, legem naturæ, etsi Deum vel plane non credant, vel Deum non esse, in meditatione sua aliquantisper, at parum reuerenter, supponant, aut ideam Dei a sua legis naturalis notione abstrahant. Et hinc colligunt, legem istam fore, etsi non esset Deus. At quis, quæso, ex eo, quod legem ciuilem a principe latam potest sine principe considerare, colligeret, istam existere potuisse, etsi nullus princeps ac magistratus esset ac vnquam fuisset?

3. Quando autem in argumentis aliis, quibus existentia Dei stabiliri solet, illæ Dei notiones *supponi* dicuntur, e quibus *egre attributa eius deducantur*; confunditur Dei *definitio* cum singulis Dei *notionibus*. *Definitio* quidem non valet, nisi ex ea Dei attributa facile & euidenter possint deduci (vnde non valere definitionem cl. Auctoris, antea demonstratum est;) at *notiones* speciales salutæ & genuinæ esse possunt, etsi non sint principium singulorum attributorum, hæc continens & ex se quasi evoluens: siquidem ipsis etiam attributis singulis singulæ suæ notiones, seu proprietates, competunt. Speciatim vero sine villo fundamento assertitur, e notione *iustitiæ diuinæ*, ex angoribus conscientiæ & tranquillitate eiusdem, ob male vel bona facta, euicta, secundum quam Deus consideretur vt *inuisibilis boni remunerator & mali vindex*, *difficulter de-*

demonstrari, hocce ens attributis iis vestiri, quæ in Deo agnoscimus. Et quamuis res ita se haberet: ideo tamen nihil argumento isti decederet, cum, vti iam ostendi, non sit singulorum attributorum, sed definitionis realis, suppeditare coniunctim attributa ea, quæ in Deo agnoscimus. Istam tamen Dei notionem, quam idea *iustitiæ* subministrat, & secundum quam Deus nobis vt *inuisibilis boni remunerator & mali vindex* exhibetur, per se sensus esse amplissimi, vt inde sine vlla difficultate, nec exigua cum euidencia, demonstrari possit, Ens illud inuisibile ac iustissimum attributis iis, quæ in Deo agnoscenda sunt, vestiri, res ipsa indicat. Si enim Deus est *inuisibilis boni remunerator & mali vindex*; sane est Ens *summe perfectum, intellectu omniscio & voluntate liberrima, benignissima, iustissima, sanctissima & potentissima* ita præditum, vt, quæcunque siue bene, siue male, aguntur, intime & perfecte cognoscat, & bona ex *gratia* & benignitate remuneretur, mala vero *iuste* vindicet, & vtrumque faciat non *libere* minus, quam *potenter*, nec non remuneranda amet & vindicanda detestetur, atque ita *sanctitatem* re ipsa declarat. Sic vi notionis de Deo, tanquam inuisibili bonorum remuneratore & malorum vindice, Deus est *Ens summum, perfectissimum, omniscium, liberrimum, omnipotens, sanctissimum, benignissimum ac speciatim iustissimum*. Et, si Deus tanta cum emphasi est *legis naturæ executor*; quis dubitaret, eum esse eiusdem *auctorem*? Taceo alia Dei opera, quæ hinc nullo negotio possunt deduci, quemadmodum hæc & ista inde per pronissimam consequentiam logicam deduxi in *Causa Dei* p. 202. seqq.

9. Quæ cum ita sint, Auctor clar. iuuentuti academicæ & orbi litterato, cui *Rationem prælectionum* suarum scripsit, longe melius consulisset, si argumenta ista, quæ pro euincenda existentia & essentia Dei in se solidissima ac euidentissima sunt, habuisset paulo reuerentius, nec defectus in iis tractandis vrgendisque generatim inculcasset omnes, quotquot ea atheismo opposuerunt; ea vero, post deficientem nonnullorum tractationem suppleta, ipse & vrsisset & commendasset, Sic sane

habuisset campum amplissimum illis ipsis istud a *constringentia* huius vniuersi ad existentiam causæ necessariæ deductum argumentum illustrandi & corroborandi. Quanti vero periculi, & quantæ noxæ, res sic, argumentis solidis partim reiectis, partim ob hunc, aut istum huius ac illius tractantis defectum apud imperitos in *uodilas* suspicionem adductis, vniuersæ demonstrationis negotium referre ad argumentationem metaphysicam; quis sincerus Dei cultor non obseruat doletque per *Postulat. I.* & eius *collarium*?

Placitum V.

De argumento & modo existentiam Dei demonstrandi idealistico.

De argumento firmitiori, euidentiori ac commodiori meditatus expendi, quæ supra §. 10. annotaui, scilicet non nisi in questionibus existentiam rerum concernentibus rationes querendas esse in voluntate diuina, essentias vero rerum necessarias esse atque intelligi posse sine attributis diuinis. Vnde didici, ab existentia vniuersi ad existentiam Dei concludendum esse.

2. Enim vero hic statim occurrebat, idealistas existentiam realem vniuersi negare; nec facile esse eandem aduersus ipsos demonstrare, immo rationes eorum, quibus eandem euertere student, quod scilicet præter rationem admittatur, eaque admissa in difficultates inextricabiles incidamus, quales e. gr. sunt communicatio & conseruatio motus, diuisio & compositio continuis, commercium mentis cum corpore, philosophorum labyrinthi, difficulter, nec sine ambugibus tolli. Si itaque existentiam realem vniuersi sumerem; argumentum meum iisdem imperfectionibus laborare videbatur, quas in aliis ante notauimus.

3. Enim vero cum ab existentia vniuersi ad existentiam Dei argumentaturus Deum definire debeat per substantiam, in qua continetur ratio sufficiens existentie vniuersi, primam Dei notionem eandem esse intelligebam, qua scriptura sacra usitur Gen. I, 1. *Uo ergo philosophia mea sicut in cæteris, ita quoque in prima notio-*

ne

na Dei concordaret cum scriptura sacra, huic via insistendum esse duxi.

4. Recordabar itaque scepticos & idealistas non negare idealem existentiam uniuersi & admittere phaenomena eorumque ordinem, in quo veritatem, mihi perspectum eras: unde consistere argumentum ita concipiendum esse arbitratus sum, siue existentiam realem admittas, siue tantum idealem. Si quis enim scepticorum & idealistarum rationem habendam esse negauerit, is per me siue existentiam realem.

5. Inquisiturus itaque in rationem existentiae uniuersi idealis, ostendi dari ens a se & in eo contineri rationem existentiae (si qua sunt) reliquorum. Hinc porro demonstraui, quatenam sint entis a se proprietates, & ex his euidè, neque mentem nostram, neque uniuersum corporeum, si realem existentiam habeat, esse a se, consequenter hoc ens esse diuersum a mente nostra & uniuerso corporeo.

6. Hinc uisertus deduxi Dei notionem, cuius supra memini, quod scilicet sit substantia omnia uniuersa possibilia unico actu distinguere, aut, si mouis, adequate sibi representans.

7. Inde non solum ea fluunt, quae ad intellectum diuinum cognoscendum spectant, sed sumta simul existentia uniuersi unius siue idealis, siue realis, uoluntas quoque diuina cum suis attributis inde deducitur. Habemus adeo tres attributorum diuinorum fontes, a se itatem, intellectum & uoluntatem. &c. Raz. Praelect. Sect. II. cap. III. §. 48. 49, 50, 51, 52, 53, 54 p. 158. seqq.

DISQUISITIO.

I. Idealistas, qui negant, extra animam, si unum corpus organicum ipsumque uniuersum corporeum existere, contendentes, nil nisi meras corporis sui organici & uniuersi corporei ideas in anima sua representari, atque ita animae naturam esse huius uniuersi representatiuam, scepticorum esse maxime praefractorum & stolidissimos, contra quos, cum primis & ab omnibus sensu mentis hominibus, ab ipsis etiam atheis alias concessa, principia

quam insulsiſſime negent, non ſit diſputandum, merito inter Poſtulata referendum eſt. Quid? quod homines iſti numero fuerint pauciſſimi, & probabile ſit omnino, eos aut non ſerio, ſed tantum dicis & argutæ diſceptationis cauſſa, eiſmodi philoſophemata, ſeu potius nugamenta, in medium proieciſſe, aut ſi ſerio talia aſſeruerint, reuera mentis ſuæ hac in parte fuiſſe exules. Horum vero hominum cauſſam adeo ornat Auctoꝝ doctiſſimus, vt ipſos non ſolum in numerum philoſophoꝝ referat, ſed iſdem etiam vniuerſum ſyſtema ſuum, & in eo Dei exiſtentiam demonſtrandi ipſumque Deum definiendi modum & formam accommodet, ea, quam alii rectius ſentientes tenuerunt, probandi methodo multoꝝ defectuum ſine idoneis rationibus inculſata.

2. *Realem huius vniuerſi exiſtentiam non facile demonſtrari aduerſus idealiſtas (vti habet locus 2.) immo rationes illoꝝ, quibus eandem evertere ſtudeant, difficulter, nec ſine ombagibus, ſolli: effatum eſt eiſmodi, quod proculdubio e genuinis philoſophis nemo a philoſopho exſpectaſſet. Eadem eſt ratio eoꝝ, quæ idealiſtis haud obſcure conſeſſa, certe non negata ſunt; ſcilicet quod exiſtentia vniuerſi præter rationem admitſatur, eaque admiſſa in difficultates inextricabiles incidamus. Nec meliora ſunt, quæ vir doctiſſimus ipſe expreſſe affirmat, ſcilicet communicationem & conſervationem motus, diuiſionem & compoſitionem continui, commercium mentis cum corpore, eſſe philoſophoꝝ labyrinthos. Hi enim non quærunꝝ nodos in ſcirpo e prauis hypotheſibus, vtpote quibus carent, ideoque nec filo egent Ariadnæo.*

3. Jam facile liquet, quid iudicandum ſit de ea, quæ ex hiſce præmiſſis neſtitur, conſeſſione, nimirum hac loci ſecundi: *Si itaque exiſtentiam realem vniuerſi ſumerem; argumentum meum iſdem imperfectionibus laborare videbatur, quas in aliis ante notauiſus. In loco primo vir cl. dixit, ſe de argumento firmiori, euidentiore ac commodiori meditatũ didiciſſe, ab exiſtentia vniuerſi ad exiſtentiam Dei concludendum eſſe. Jam vero huius argumenti ſui firmitatem, euidentiã & commoditatẽ pro-*

probaturus cum idealistis negat, existentiam vniuersi realem, unde existentia Dei demonstranda sit, fumendam seu supponendam esse, caussatus, hac subsumptione *argumentum istud suum iisdem imperfectionibus laboraturum, quas in aliis ante notaverit*; ideoque sibi sufficere credit existentiae idealis de vniuerso suppositionem. Sic huic arenae idealisticae suam demonstrationis structuram de existentia Dei imponit.

4. Cum hisce vero philosophematibus idealisticis quomodo cohæreat locus proxime sequens, seu tertius, equidem non video, ita se habens: *Enim vero cum ab existentia vniuersi ad existentiam Dei argumentaturus Deum definire debeat per substantiam, in qua continetur ratio sufficiens existentiae vniuersi, primam Dei notionem eandem esse, intelligebam, qua scriptura sacra utitur Gen. I. 1.* Nam qua argumenti firmitate & euidencia ab existentia vniuersi, nempe mere ideali, de qua sermo est, ad existentiam Dei argumentari possumus, & quidem aduersus idealistas, si existentiam Dei negauerint? Simul ac enim idealistis concessimus, mundum non esse ens reale, a mente nostra diuersum & re ipsa existens, sed esse ens rationis, seu merarum mentis idearum; illico concidit argumentum ab effectu contingenti ad causam necessariam, ab vniuerso, quod idealistis non ens est, desumendum. Quod si vero vir cl. ab existentia vniuersi reali supposita argumentari voluerit ad existentiam Dei; iam declarauit argumentum suum imperfectionibus laborare, concessitque, *rationes idealistarum, quibus existentiam vniuersi evertere studeant, quod scilicet præter rationem admittatur, eaque admissa in difficultates inextricabiles incidamus, difficulter, nec sine ambagibus, tolli.* Et hæc ipsa tamen argumentandi ratio, siue idealistica, siue realis, habetur pro *firmiori, euidentiore ac commodiori.*

5. Et si illa Dei notio, qua dicitur substantia, *in qua continetur ratio sufficiens existentiae vniuersi, eadem est, qua scriptura sacra utitur Gen. I. 1,* cur adhibetur locutio, quæ etiam hypothese de
est.

*atenuate mandis supra Cap. II. Placito III. disquisita, conuenit? cur non potius expressa creationis, in genuino & notissimo sensu talis, sit mentio? Istam vero intelligi a Mose, res ipsa indicat, & supra l. c. pluribus demonstraui. Atque ita effatum istud valde laborat, nimium hoc: *Vt ergo philosophia mea sicut in veteris, ita quoque in prima notione Dei concordat res cum scriptura sacra, huic via insistendum esse duxi.**

6. Quæ cum ita sint, frustra adseritur in loco quarto, *argumentum istud, quod ab existentia uniuersi ad existentiam Dei desumitur, eodem modo concludere, siue uniuersi existentiam realem admittas, siue tantum idealem.* Nec sufficit dicere: *Si enim quis scepticorum & idealistarum rationem habendam esse negauerit, is per me sumat existentiam realem.* Etenim aut vera aut falsa sunt, quæ vir cl. loco secundo de idealistarum hypothese dixit, scilicet *ipsorum rationes, quibus realem mundi existentiam euertere studeant, quod scilicet præter rationem admittatur, eaque admissa in difficultates inextricabiles & philosophorum labyrinthos incidamus, difficulter nec sine ambagibus solui.* Si vera sunt; quomodo e difficultatum inextricabiliu labyrinthorumque philosophicorum principio firmitus, euidentius ac commodius argumentum (vti habet locus primus) pro existentia Dei desumi potest? Et quomodo aliquis saluo isto asserto, secundum istud loci quarti effatum: *is per me sumat existentiam realem;* in argumentatione existentiam mundi realem supponere potest? Si autem falsa sunt, vti re vera sunt; occurrit Auctor istis hominum *αλόγων* falsis & absurdis commentis integram suam systema accommodauit, & cur, ista vera tantique ponderis esse, tam confidenter affirmat?

7. Nec video, firmo stare talo hanc ex antecedentibus factam loci quinti illationem: *Inquisiturus, itaque in rationem existentie uniuersi IDEALIS, ostendi dari ens a se & in eo contineri rationem existentie (SI QVA SUNT) reliquorum.*

Va-

Valeat hæc ratiocinatio, quantum potest, in mundo scepticorum: certe in mundo philosophorum quid valeat, non video. Utinam nec ista arenæ idealisticæ essent superfructa, quæ porro ita se habent: *Hinc porro demonstravi &c. Nonne hæc rectius & unice deducenda erant e principio immoto & omni dubitatione majori de reali, eaque contingenti, universi existentia?*

8. Quando autem vir doctissimus §. sequenti, seu loco sexto, ita pergit: *Hinc ulterius deduxi Dei notionem, quod scilicet sit substantia omnia universa possibilis unico actu distincte sibi representans*; manifestum est, definitionem hanc Dei esse mere idealisticam, ideoque falsam, e falso idealismi principio deductam, & systemati harmoniæ præstabilitæ idealistico & materiario accommodatam: quemadmodum jam supra Placito I. & II. demonstratum ac recte simul negatum est, inde derivari posse, quæ ad cognoscendum intellectum voluntatemque Dei pertineant; secus ac loco septimo perhibetur.

9. Ceterum in Rat. Prælect. p. 154. hæc leguntur: *Est qui mathematicam de Deo demonstrationem edere conatus sumis hanc Dei notionem, quod sit ens a se. Entis igitur a se existentiam demonstraturus ita argumentatur: Aliquid existit, sed nihil nihil potest. Ergo aliquid existit a se ipso, h. e. Ens a se ipso existit. Hoc argumentum vitiosum est in forma. Nullam enim inde formam exsculpes, quantuscunque fueris argumentandi artifex; neque ullum crypteos genus comminisci licebit, quo argumentum salvare possis. Hoc argumentum est IOANNIS RAPHSONII, Britanni, in Demonstratione de Deo, ubi p. 13. legitur: de eoque notandum est, quod illud auctor ipse noluerit proponere in forma logica, sed in ea, quæ mathematicis propria est. Et ego quidem argumentandi artifex non sum: non tamen video, cur, postquam auctor præmisit hoc postulatum: *aliquid existere*: & hoc axioma: *nihil nihil potest*: inde exsculpi non possit argumentum, quod in forma recte se habeat, nimirum hoc:*

Si aliquid eorum, quæ existunt (secundum postulatum)

C c

non

non existit a se ipso, sequitur, ut nihil aliquid possit.

Sed falsum est posterius; quod nihil aliquid possit (per axioma.)

Ergo & prius: aliquid eorum, quæ existunt, non existere a se ipso.

Huc accedit, quod Auctor consequentiam in scholio stabiliat. Atque ita existimaverim hoc argumentum formæ mathematicæ haud fuisse explodendum; quanquam, nequid dissimulem, methodus illa demonstrandi mere geometrica, cum nonnullis principiis a Raphonio in integro tractatu adhibita, se mihi non probet; utpote plus subtilitatis, quam soliditatis ad convictionem habens.

10. Debendam nunc a *ratione Praelectionum* me ad Cl. Auctoris *Metaphysicam* convertere, & cujus roboris sit Achillem istud, quod pro existentia Dei sub initio capitis sexti profequitur, argumentum, disquirere. At quia istud longa notionum metaphysicarum serie necitur, peculiarem & simul paulo longiorem requirit considerationem. Quam cum mihi jam non permittat præsentis instituti ratio, aliis eam dijudicandam relinquo. Et in eodem capite doctrina de *essentia & attributis* Dei e definitione Dei idealistica ita deducitur, ut deductionis illius series & arena calce careat logica. Id quod prudens lector facile dijudicabit. Ne tamen nihil hic dixisse videar, speciminis loco sufficiat unicum hoc de *justitia Dei. Placitum*, e quo de reliquis formari potest iudicium.

Placitum VI.

De justitia DEI.

Benignitas, quæ regulas sapientiæ sequitur, est illud, quod justitiam vocamus. Atque ita Deus etiam justus est: & quidem, quia summum gradum tam benignitatis, quam sapientiæ possidet, non potest non summum gradum justitiæ habere. Qui itaque intelligit, quæ de Dei benignitate & sapientiâ dicta sunt, ille non

non eget uberiore institutione de justitia. Die Gürtigkeit, welche nach den Regeln der Weisheit sich richtet ist dasjenige, was wir Gerechtigkeit nennen. Es ist also GOTT auch gerecht, und zwar, da er so wohl den höchsten Grad der Güte, als der Weisheit besizet, muß er auch den höchsten Grad der Gerechtigkeit haben. Wer demnach verstehet, was von GOTTES Güte und Weisheit gesagt worden, der gebrauchet von der Gerechtigkeit GOTTES keinen weitem Unterricht. §. 1084.

DISQUISITIO.

1. Defectus hujus sermonis, quo *justitia Dei* definitur & declaratur, primum in eo est, quod, etsi vera esset illa justitiæ definitio, ea tamen nequaquam e definitione Dei, qua dicitur *substantia omnia universa possibilis distincte representans*, sequeretur: quam vero consecutionem Auctor cl. in *Rat. Prolæ.* & *Metaph.* §. 1867. & 1869. ipse satis ampliter prædicat.

Audiamus verba §. posterioris: *Non ignoro, fore nonnullos, quibus hoc (quod Deus sit essentia omnes mundos simul quam distinctissime representans) de Deo videatur dictum esse parum: verum enim vero quando præcedentia consideraverint, & comprehendendi facultate instructi fuerint (quid vero ni? Certe enim tanta hæc mysteria non sunt, quæ non possint a quolibet, tantum mediocri judicio pollenti, quantum satis est, judicari) inde abunde intelligent, quod non solum omnia, quæcunque de Deo prædicantur, sed multo etiam adhuc plura unice ex hac facultate mundos clarius & distinctius representandi deducantur, quam fortasse hucusque unquam factum est.*

2. Deinde probari nequit, *justitiam esse benignitatem regulis sapientiæ conformatam.* Huc accedit, quod *sanctitatis*, e qua præcipue derivanda erat *justitia*, præsertim illa mali vindex, ne mentio quidem, quod sciam, fiat inter DEI attributa.

Scholium

ad disquisitionem Placitorum III. IV. V. & VI.

Cum nequaquam desint, quæ in quatuor hisce placitis de Deo iuste desiderari possint, prudentis esto lectoris dijudicare, quo loco habenda sint ista Cl. Auctoris effata:

Quoniam Dei cognitio maxime ardua est & momentosa; accuratasam hinc imprimis methodum summo cum rigore observandum esse duxi, ut scilicet nulla uterer voce, nisi rite definita, nulla in ratiocinando præmissa, nisi evidenter vera, utque omnes conclusiones tandem cum prima Dei notione conneckerem. Rat. Prælect. Sect. II. cap. III. §. 36. p. 153.

Probe notandum est, me in ardua hac de Deo doctrina omnem movisse lapidem, ut nihil circa definitiones ac demonstrationes vi regularum logicarum iuste desiderari possit, utque adeo demonstrationes meæ metaphysicæ eandem analysin admittant, qua in geometricis uti soleo. §. 58. p. 161.

Placitum VII.

De miraculis in regno naturæ.

Quemadmodum in horologio status indicis mutatur, qui alias aliter se esset habiturus: sic etiam in natura per miraculum eventus mutatur, qui alias aliter se haberet. Et hæc mutatio permagni est momenti. Nam quando minimus eventus in mundo mutatur, posthac in eo oporteret omnia aliter evenire, quam nunc eveniunt, adeo ut pars universi futura non amplius illa, quæ ad hoc universum pertinet, esset permansura. Cum vero miraculum rei alicujus eventum in mundo mutet, necesse est mutatione ista totum futurum mundum mutari, nisi, universali ordinis turbatione, quæ inducta erat, per novum miraculum sublata, omnia rursus in eum restituantur statum, qui futurus fuisset, si miraculum istud non fuisset factum. Simile nostrum de horologia potest rem illustrare &c.

Da nun ein Wunder, Werck eine Begebenheit in der Welt ändert,

ändert, so muß dadurch die ganze künfftige Welt geändert werden, wenn nicht durch ein neues Wunder. Werck die überall eingeriffene Unordnung wieder gehoben und alles in den Stand gesetzt wird, wie es würde gewesen seyn, wenn das Wunder nicht geschehen wäre. Unser Gleichniß von der Uhr kan die Sache erläutern &c. Metaph. §. 638. 639.

Item: *Miracula turbant cursum naturæ.* §. 726.

Mundus, in quo omnia fiunt per miracula, tantum est opus potentie, non vero sapientie divine. Ideoque mundus, ubi miracula admodum rara sunt, pluris æstimandus est, quam is, ubi sunt frequentia. Eine Welt darinnen alles durch Wunder. Werck geschieht, ist bloß ein Werck der Macht, nicht aber der Weisheit Gottes. Und dannenhero ist eine Welt, wo die Wunder sehr sparsam sind, höher zu achten, als wo sie häufig vorkommen. §. 1039.

Impossibile est, Deum id facere per miracula, quod modo naturali fieri potest. Es ist nicht möglich, daß Gott durch Wunder. Werke etwas ausrichtet, was natürlicher Weise geschehen kan. §. 1041.

Quando miracula in istis casibus facta esse narrantur, ubi aut natura sufficit ad desideratum finem obtinendum, vel pristinum aliquod, de quo constat, miraculum tantum efficere potest, ut novum; impossibile est, Deum ejusmodi miracula fecisse, & sunt ista, quæ referuntur, miracula vel ficta, vel naturales eventus, qui ex imperitia pro miraculis habentur. Wenn Wunder Werke in solchen Fällen angegeben werden, wo entweder die Natur zureichet der verlangten Absicht ein genügen zuthun, oder wo auch ein altes Wunder. Werck, davon man Nachricht hat, eben so viel ausrichten kan, als das neue; so ist nicht möglich, daß Gott dieselben Wunder. Werke gethan hat, und sind demnach die angegebenen Wunder. Werke entweder erdichtet, oder natürliche Begebenheiten, die man aus Unverstande für Wunder. Werke ansiehet; §. 1043.

DISQUISITIO.

1. Non est quæstio de ejusmodi miraculis, quæ in iis mundi corporibus, quæ ad ejusdem structuram, tanquam partes essentielles (vulgo totales) pertinent, ita contingunt, ut mutatio quædam cursui nature ordinario inferatur; anne mutatio ista restitutionem requirat & hæc fiat? Hoc enim conceditur. Sed ejusmodi miracula, teste scriptura, edita sunt rarissime.

2. Nec negatur, aliquid veri subesse effatis illis, quæ agunt de miraculorum impossibilitate, seu veritate non supponenda, ubi via ordinaria, vel miracula pristina ad finem intentum sufficere potuerunt; scilicet in quantum fictioni improborum & persuasioni imperitorum est occurrendum.

3. Interea tamen axioma istud: *Impossibile est, DEUM aliquid fecisse per miracula, quod modo ordinario & naturali effici potuerit*, tam generatim positum verum non est; pro vero autem assumtum empæctis causam præbet pleraque Dei miracula negandi. Nam de miraculis in Ægypto editis illi dicere possent, potuisse Israelitas, cum tanto numero, qui Ægyptiis erat formidabilis, invaluisse, facto agmine Ægypto excedere sine miraculis; & ea egressos breviori via potuisse deserta Arabiæ ingredi & paucorum dierum spatio pervenire in Cananæam, adeo ut isto miraculorum cumulo, qui 40. annorum tempore in desertis illis edita esse dicantur, non fuerit opus. Quicquid hic respondeatur, empæcta axiomate isto universali admissio elidere conabitur. Et cum negari nequeat, multos ex iis ægrotis, quos Christus & Apostoli per miracula restituerunt, etiam via ordinaria per medicinæ usum, intercedente aliqua temporis mora, fuisse curabiles: ex hoc supposito etiam plurima Christi miracula in dubium vocari & ab empæctis explodi possunt. Et hoc multo adhuc magis & speciosius, si axiomati isti jungatur alterum istud *de miraculis novis non admittendis, ubi pristinum aliquod, de quo constat, ad scopum sufficiat*. Nam cum Christus eadem

eadem temporum serie, & in iisdem Galilææ locis, multa ediderit miracula; empæta, prioribus in speciebus admissis, reliqua omnia, vi istius hypotheseos, potest negare, & ita quidem, ut posterioribus negatis etiam priora vacillent, imo contendant. Non itaque hac ratione de miraculis erat philosophandum; sed, cum limitata monitorum istorum applicatione, tota miraculorum causa ad libetram DEI voluntatem, pro scopo suo quam sapientissime agentem, erat referenda. Conf. cel. SALOMO DEYLINGIUS in *Observatt. Sacris* P. II. p. 189. seqq.

4. Multo etiam plus miraculorum veritati derogat hypothesis ea; quod miracula *cursum hujus universi integrum turbent*, & nisi DEUS turbato ordini novis medeatur miraculis, alius plane nexus mutati mundi inde efficiatur. Id quod, de miraculis generatim, & speciatim etiam de curatione & sanatione *Sauvagesimus* dictum, quemadmodum longe est falsissimum; sic non minus periculosam est & ita comparatum, ut nihil possit excogitari; quod miraculis fere in universum negandis speciosius ansam præbere possit. Et ubi quæso vel minimum vestigium *miraculorum restitutionis* in sacris litterisprehendimus. Num vero silente de miraculis scriptura nobis licet ex hypothesi recepta miracula fingere?

5. Falsissimam esse istam hypothesein, liquet a falso et. Auctoris nostri principio, unde orta est, scilicet e fatali mechanismo, seu nexu rerum omnium, maximarum, minimarum, etiam ad actiones DEI & hominum liberas extenso. Et non rationi minus, quam experientiæ, hypothesein istam repugnare, quis nescit, aut adhuc dubitat? Quid? quod suppositum istud semet ipsum quam validissime destruat. Quod si enim per miracula nova turbato & interrupto ordini nature in toto universo mendendum est; *miracula annualis actus, seu restitutionis*, cum *miraculis effectivis* (sic enim distinctionis gratia appellari possunt) sunt conjuncta, aut iis subjuncta. Si sunt conjuncta, DEUS eodem actu ordinem nature turbat,

bat, & simul turbatum restituit, quod contradictorium est. Si vero fuerunt subjuncta, temporibus Christi ac Apostolorum ordo universi mechanicus vel millies fuisset ad momenta ista, quibus miracula effectiois edita sunt, turbatus, antequam potuerit restitui. Quid? quod nonnulla miracula non absoluta sunt unico momento, sed ad amplificationem divinæ gloriæ præcul dubio diversis actibus fuerunt patrata, v. g. cibatio in deserto, ubi Christus panes per paucos continuatis actibus pedetentim multiplicavit, prout istorum partes capere & distribuere poterant discipuli. Unde quanta ordini mechanico illata fuisset turbatio, sine conjuncta, aut illico subjuncta, restitutione, quis non intelligit? Jam vero nemo ignorat, in nexu universi mechanico toties, quoties miracula in corporibus hisce inferioribus peracta sunt, ne ad minima quidem momenta, isto salvo, turbationem admitti posse. Unde qui hæc perpendit, & nihilo tamen minus cl. Auctoris hypothesin de turbato per miracula universi ordine admittit, is ex hoc principio, ne istam ordinis perturbationem & inversionem admittere cogatur, non potest non DEI miracula, atque ita providentiam ejus extraordinariam, plane negare.

6. Quemadmodum vero hypotheses istæ ex una parte ad minuendum miraculorum, quæ unquam fere facta sunt, numerum faciunt; immo ad eorum negationem partim tendunt, partim in applicatione cedunt: sic ex altera parte miraculorum numerum duplo *augent*. Pro eo enim, quod systema commune, a nexu rerum fatali alienum, tantum habet *miracula illa effectiois & veri nominis*; novum hoc systema vi nexus sui necessarii, ad salvandam hanc suam hypothesin, cogitur confugere ad *miracula restitutionis*, atque ita miraculorum numerum duplicare.

7. Hæc vero ipsa miraculorum duplicatio plane est *ἀσύντατος* cum isto ejusdem systematis principio paulo ante allegato, quod ita se habet: *Mundus, in quo miracula admodum rara sunt, pluris est estimandus, quam is, ubi sunt frequen-*
tia

tia. §. 1039. Quod enim de mundo verum est, quidni verum sit de dogmatico mundani ordinis systemate? Jam si systema, in quo miracula rariora sunt, præferendum est illi, in quo sunt frequentiora; certe systema commune, quod non nisi unius generis miracula admittit, nimirum miracula *effectionis*, præferendum est systemati cl. Auctoris nostri, quod istis miraculis *miracula restitutionis* superaddit, & miracula duplicando illa reddit multo frequentiora.

8. Et, ut nihil dicam de supervacanea comparatione mundorum, cum unus tantum sit, nec ex ipsa cl. Auctoris mente plures esse potuerint, ipsa hypothesis, *quod mundus, in quo miracula rara sunt, pluris sit æstimandus*, seu melior ac perfectior sit eo, *ubi sunt frequentiora*, novam sacrorum contentoribus ansam præbet ipsa miracula in totum explodendi. Si enim mundus eo est præstantior ac perfectior (id quod locutione comparativa vi contextus omnino adferitur) quo rariora habet miracula; sequitur, mundum illum esse præstantissimum & optimum, ubi plane nulla fiunt miracula, item istas mundi periodos, quæ miraculis caruerunt, saltem frequentioribus, reliquis esse meliores & perfectiores: quandoquidem Deus, ex hypothesi, sua boni ordinis opera per miracula modo turbare, modo restituere & corrigere dicitur. Et nonne hac ratione etiam torus gratiæ status, in quem secundum principia religionis christianæ transferimur, poterit penitus negari? In hoc enim operationes DEI ordinariæ & quotidianæ, immo continuæ, quæ in fidelibus fiunt, vi novi systematis annumerantur miraculis: istis vero annumeratæ consistere nequeunt cum hypothesi de mundo illo optimo, in quo miracula sunt rarissima. Sed de isto deinceps seorsum.

9. Ad *Commentationem* Cl. Auctoris hac in parte quod attinet, is §. IX. suas de miraculis hypotheses repetit, nec ulla ex parte corrigit. Quis vero ipsi per *sciamachiam* objecerit, quod suam de turbatione & mutatione nexus hypothesin ad ipsius solis & planetarum locis suis dimotionem ex-

Dd

tende-

tenderit, equidem nescio: quemadmodum manifestum est, eo trahi non posse, si quis in formato statu controversiæ miracula, quæ in corporibus mundi totalibus fiant, & restitutionem ordinis requirant, distinxerit a miraculis, quæ in humanis aliisque ad structuram universi mechanicam proprie non pertinentibus corporibus contingunt, & contra cl. Auctorem negaverit, etiam hæc nexum universi mechanicum ita turbare, ut miraculosa restitutione opus sit. Quando autem is allegato loco nexum rerum materialium ultra corpora mundi totalia etiam ad reliqua universi omnia extendit, de novo asserit rerum omnium necessitatem absolutam.

10. Ceterum mea hic facio illa cl. WEISMANNI in Commentat. p. 42. *Nec illud plane prætereundum esse censemus, quod ex novis illis hypothefibus magis adhuc crescere videntur & multiplicari miracula, quam in ordinaria sententia. Ubi enim hæc unum ponit, altera geminat, scilicet quod hic augere coguntur miracula per nexum principiorum factum, id aliunde iterum resarciunt, imminuendo quantum possunt, aliorum miraculorum numerum, quæ tam copiose sacris in literis referantur. Certe frigida hic suffunditur deprecatoribus verbi divini, qui omnia prope scripturæ miracula ex iisdem probe rationibus expunxerunt.*

Placitum IIX.

De Dei miraculis in regno gratiæ.

Cum operatio supernaturalis miraculum vocetur, miraculum fit in anima, quando in ea mutatio fit supernaturalis h. e. quando mutatio ista in virtute anime fundata haud est. §. 759. Miraculum magnam rerum mutationem infert, uti in mundo, ita etiam in anima propter utriusque harmoniam. §. 1011.

DISQUISITIO.

1. Si operationes DEI supernaturales in anima sunt miracula, sequitur, in regno gratiæ miracula non esse extraordinaria

naria, sed *ordinaria*; quandoquidem in eo affluxus gratiæ operantis est perpetuus, re ipsa & integra analogia fidei hoc postulante. Esse vero *ordinarium* & *miraculum* sunt contradictoria vi definitionis miraculi.

2. Si miracula naturæ ordinem turbant, sequitur, *regnum gratiæ pugnare cum regno naturæ*, ita, ut in regno gratiæ, quod sine perpetuo & speciali gratiæ influxu & effectu ne quidem cogitari potest, perpetua fiat ordinis naturæ turbatio & confusio, & Deus sibi ipsi maxime contrarius sit.

3. Si mundus is est optimus & perfectissimus, in quo miracula sunt rariora, sequitur, mundum eum esse optimum, in quo regnum gratiæ, quod ex hypothesi in perpetuo gratiæ divini influxu mera miracula habet, aut plane non adest, aut est valde exiguum, ita ut apud paucissimos in DEI operationibus se exferat.

4. Quis ergo non videt hypotheses falsas, de miraculis in regno naturæ etiam ad regnum gratiæ extensas, ita esse comparatas, ut admittæ cedant in negationem operationum Dei spiritualium, tanquam miraculorum, Pelagianismo sic in thronum evecto.

5. Nervus vero erroris in eo est, quod in regno gratiæ *operationes Dei ordinariæ cum extraordinariis confunduntur*, & cum tantum *operationes Dei extraordinariæ* miraculorum analogiam habeant, ipsæ etiam *ordinariæ* pro miraculis habeantur. Quod enim in regno *naturæ est constitutus naturæ ordo* & concursus providentiæ Dei ordinarius, id in regno gratiæ est *status gratiæ*, in quem homo fuit translatus, & concursus providentiæ specialioris ordinarius in operatione divini gratiæ ordinaria. Et quod in regno naturæ sunt *miracula*, id in regno gratiæ sunt *operationes Dei extraordinariæ*, v. g. revelationes peculiare, prædictiones prophetiæ. *α, τ, λ.*

EPICRISIS

IN COMMENTATIONIS SECTIONEM I.

de genuina Dei existentiam demon-
strandi ratione.

R.

Res omnis hic redit ad tres hasce quaestiones: 1. an cl. Au-
ctor rationes habuerit idoneas argumenta, in quibus ad
probendam DEI existentiam & essentiam; ab effectu contingenti
ad causam necessariam, fit conclusio, in sua *Ratione Praelectio-*
num sub praetextu hujus ac illius defectus, quem partim ipsa
habeant, partim nonnulli in eorum tractatione prodiderint,
tanquam inepta & rejicula proponendi, saltem ea in *ordinis*
suspicionem apud imperitos adducendi? 2. Quid judican-
dum sit de ipsius *argumento unico ab hujus universi contingen-*
tia desumpto? 3. Quomodo causam suam, speciatim respectu
hujus materiae, in *Commentatione* egerit?

2. De quaestione *prima* jam actum est supra Placito IV.
Ad secundam quod attinet, argumentum a *contingentia hujus*
universi in se consideratum eo magis genuinum est, quo ma-
nifestius in eo reliqua argumenta omnia, in quibus ab *ef-*
fectu ad causam concludimus, continentur. An vero iste a
contingentia argumentandi modus, quo cl. Auctor usus est, ge-
nuinus sit, alii judicent. Certe non exiguam dubitandi caus-
sam multis praebet tum istud, quod argumenta ea, uti supra
Placito IV. vidimus, quae a contingenti effectu ad causam du-
cuntur, sub hujus atque illius defectus, in ipsis & in auctori-
bus, qui ista atheismo opposuerunt, nondum demonstrati,
praetextu, tanquam rejicula tractat: tum quod, uti capitis I.
Placito III. percepimus, *mundo* huiusmodi obscure *eternitatem* tri-
buit,

buit, cum qua hypothefi ejus contingentia confiftere nequit; fi quidem, quæ *æterna* funt, *necessaria* & *a fe ipsis* funt. Quid? quod Auctor cl. Metaph. §. 580. contingentia comparat *cum numeris irrationalibus, in quibus detur progressus in infinitum*. Anne vero hoc potius fit contingentia tollere, quam adstruere, alii viderint. Et hi ipsi dijudicent, anne idem statuendum fit de *nexu rerum omnium circulari*, quem passim urget, ita ut de initio nexus nullam genuini sensus mentionem faciat. Vide inter alia §. 543. Huc accedit, quod argumentum istud a contingentia, etsi in se physicum est, certe physice explicandum & argumentis physicis subordinatis deducendum erat, in Metaphysica cl. Auctoris c. VI. non nisi metaphysice tractatur, & ea quidem longioris deductionis serie, quæ non minus obscuritatis, quam incertitudinis, habet ac retinet; quandoquidem in ea identidem provocatur ad ea, quæ in antecedentibus sumta potius, quam probata sunt.

3. Nec sufficit *provocatio ad ingenii & judicii proprii acumen*, cum dissentientium, tanquam mentis hebetudine laborantium, contemptu conjuncta. Certe in sententia, quæ non est problema philosophorum metaphysicum, sed dogma universi generis humani, argumentando aliter procedendum esse, præsertim coram academica juventute, e *Protheoria Postulato, I.* & ejus *corollario* liquet.

4. Et quomodo quæso is ad convictionem usque urgere potest argumentum ab hujus universi contingentia defumtum, qui in *Rat. Prælect.* & alias idealistis, existentiam ejus realem præfracte negantibus, lubens concessit, quod facile non sit eam adversus istos demonstrare, immo quod rationes eorum, quibus eandem evertere studeant (quod scilicet præter rationem admittatur, eaque admissa in difficultates inextricabiles & philosophorum labyrinthos incidamus) difficulter, nec sine ambagibus, tollantur. Unde ipse concludit: *Si itaque existentiam realem universi sumerem, argumentum meum iisdem imperfectionibus laborare videbatur, quas in aliis ante notavimus.* Hæc vir doctissimus, uti jam supra vidimus, idealistis concedit; & ni-

hilo tamen minus a reali & contingenti hujus univērsi existentia, reliquis argumentis posthabitis, ducit argumentum ad existentiam DEI, hac ratione atheos convicturus, & fluctuantes in religionis naturalis veritate confirmaturus.

5. Ex his vero facile liquet, quid judicandum sit de *questione tertia*, seu de iis, quæ cl. Auctor in *Commentatione de sua argumentandi ratione disserit*. Erunt tamen hic nonnulla speciatim monenda. Et primum quidem perperam provocatur ad alios inter veteres ac recentiores, qui *eodem argumento a contingentia usi sint*. Nam de hoc non est quæstio; sed de eo: *an hoc argumento usi sint in sensu mere metaphysico, & argumentis aliis physicis & moralibus omissis, imo contemptim habitis?* Hoc est, quod nemo veterum & recentiorum, ad quos provocatur, vel tentavit unquam.

6. Quando autem vir doctissimus pluribus modis ipse prædicat sua in hoc argumento illustrando merita, quibus reliquis omnibus palmam eripuerit, id tantum valet, quantum laus propria. Certe enim inter alia a vero quam maxime abhorrent ista: *theologiam naturalem methodo demonstrativa concinnavi, ita ut e definitione Numinis concatenata serie attributa divina derivaverim*. Saltem ego tanta perspicacia non sum, ut in tractatione illa vel ullum genuinæ demonstrationis, quæ examen logicum sustineat, vestigium deprehendere possim. Nec crediderim, *reverendos patres societatis IESU*, quos hic etiam in partes trahit cl. Auctor, istud demonstrationis filum pro justo esse agituros. Quid? quod definitio Numinis plane falsa sit, uti demonstravi supra. E falso autem principio ut veræ conclusiones deriventur, impossibile est.

7. Et quando inter encomia ista dicitur *principium rationis sufficientis*, cui vir cl. ista scientiarum suarum incrementa debeat, ante Leibnitium & se non satis expensum fuisse; arguit viros doctissimos omnes ante se magni defectus in argu-

men-

mentatione logica. Quid enim est *ratio sufficiens* aliud, quam *argumentum solidum*, seu vere logicum? A Leibnitio autem & cl. Auctore nostro demum excultum esse hoc principium, quis ipsis acceperet in propria causa, eaque adeo laborante? Et quæ ibidem de novo Tubingensium philosopho dicuntur, a valore testimonii proprii propius absunt, & tum demum valebunt, quando, sustento examine logico, virorum doctorum calculis fuerint comprobata.

8. Frustra vero pro roborando argumento mere metaphysico, a contingentia desumpto, allegatur *Scripturæ Sacræ auctoritas*. Etenim sacri codicis genuina simplicitas abhorret a speculatione metaphysica, & non nisi physica & moralia, in quibus ab effectu ad causam ducitur cognitio, & quæ non admittit cl. Auctorem, urget.

9. Frustra idem adferit, *se in meditationibus metaphysicis ex idea universi demonstrativa quadam ratione non modo existentiam, verum etiam attributa numinis reliqua derivasse*. Hæc enim demonstratio nusquam apparet. Quid? quod tota tractationis series, quam habet Metaphysica, a genuino demonstrandi modo aliena sit. Aliud enim est, paragraphos continuatis numeris connectere, & in posterioribus priores identidem allegare; aliud est recte & rite demonstrare. In prioribus enim permulta, quæ probanda erant, sumuntur, & tantum simpliciter ponuntur. Et horum demonstrationem quando in sequentibus expectat lector rerum philosophicarum non imperitus; neutiquam deprehendit, ea probari, sed jam, ut invicta fundamenta & argumenta, allegari. Hæc ad *§§*res priores.

10. Ad laudem propriam porro pertinet inculcatio aliorum §. IV. *quod non satis discernant, quomodo universum existentie necessariæ Numinis, quomodo sapientiæ, omniscientiæ & potentiæ speculum referat, seu quod non distinguant ea, unde existentia Numinis inferri debeat, a ceteris, unde ejus sapientiæ &c. arguatur: se autem eo acumine pollere, ut ista distinguere, & suo aliorum acumen juvare possit.*

in Ad!

II. Falsum etiam est, argumenta, quæ nos ducunt ad cognitionem attributorum DEI, nos non nisi per multas ambages, ut ibidem perhibetur, ad cognitionem existentie DEI ducere. Etenim cognitio attributi, quod ipso effectu, seu, ut cl. Auctor loquitur, *intuitive, cognoscitur*, immediate ducit ad cognitionem existentie. Et sicut non entis nulla sunt attributa; ita attributum includit Ens existens, cui insit. Quare, quando effectus omnipotentie, sapientie & bonitatis me ducit ad ipsam omnipotentiam, sapientiam & bonitatem, eo ipso plane immediate, proxime, & *sine ullis ambagibus* mihi suggeritur idea Entis summi, cui insunt ista attributa, ita ut plane sit *in τῶν ἀδυνατιῶν*, sibi in notione causæ efficientis ideam formare de attributo aliquo sine idea Entis, cui insit. Attributa enim Ens, cui insunt, non tam supponunt, quam includunt, seu simul exprimunt: & quia in DEO essentialia sunt, eo facilius nos statim notione prima & proxima ad ipsam DEI existentiam deducunt. Et quemadmodum attributa essentialia ipsam essentialiam existentiam nobis quam proxime & quam vividissime insinuant; utpote ipso effectu jam cognita: sic e contrario Entis, ac existentie ejus, notio sine prævia, aut adjuncta, notione attributi a nobis concipi nequit.

12. Qui a *finibus rerum* ad causam intelligentem, DEUM, argumentantur, ostendunt, rerum quarumvis naturam ita comparatam esse, ut isti scopo, qui in earum operationibus, ut eventibus, seu effectibus, conspicitur, quam aptissime conveniant, adeo, ut, si ipsorum natura & proprietates aliter essent constitutæ, eventus isti, in quibus ipsorum fines conspicuntur, obtineri non possent: & simulprehendunt, in rerum quarumvis constitutione per se nullam esse necessitatem absolutam, sed meram contingentiam, seu eas, sine ulla contradictionis & impossibilitatis notione, aliter se habere potuisse; fines autem istos, ad quos tendere & quos ipso eventu obtinereprehenduntur, ipsas nequaquam obtenturas fuisse, nisi pro natura sua ita, uti constitutæ sunt, constitutæ fuissent.

fuissent. Cum vero res bruta se ipsam ad certos fines constituere haud potuerit, sed hæc ipsa, nec non finium ipsorum constitutio, nos remittat ad Ens sapientissimum; manifestum est, hoc ipsum argumentum a finibus desumptum ita desumi a *consequentiâ*, seu ita esse metaphysicum, vt, inclusa notione metaphysica, nil nisi claritatem & euidentiâ physicam exhibeat. Atque ita nullum in hoc argumento est *subreptionis vitium*. In istius autem impugnatione esse præsumtionis metaphysicæ vitium, quis non videt?

13. Fallum vero est, nobis ex effectuum, & præsertim *finium*, consideratione *suggeri quidem notionem sapientiæ admirandæ, non vero perfectissimæ, seu absolute summæ, & de hujus realitate nobis a posteriori, seu ex effectu, non constare, ideoque prius omnino metaphysice demonstrandum esse, notionem summæ sapientiæ esse possibilem &c.* Quis hic non doleat vicem metaphysicorum, qui, quod alii sanæ & liquidissimæ ratiocinationis beneficio nec ignorant, nec ignorare possunt, sed tam prouum est, ac bis duos esse quatuor, demum per nescio quam entium & entitatum trutinacionem investigare & eruere volunt. Et si tam operosa & subtili demonstratione opus est primum in *attributis*, an ex effectis cognoscantur, *tanquam absolute summæ?* et an *perfectio istorum absolute summæ possibilis sit?* & si, facta hac demonstratione metaphysica, demum non nisi per *ambages* devenitur ad conclusionem *de existentiâ Entis istius*, cui attributa ista insint; actum omnino erit de dogmate de Dei existentia & essentia: utpote quod sic demonstratu longe erit difficilius, quam occulta, eaque abstrusissima, scholasticorum qualitas. Et hæc tamen demonstratio eo ornatur elogio, quod *sola rigorem examinis sustineat, & veritatis indagatoribus satisfaciât, legesque methodi seuerius custodiat.*

14. Et cum plus tenebrarum ac confusionis, quam lucis, insit ejusmodi demonstrationi, de ea tamen hæc scribuntur: *Quibus ratio non satis exculta. (h. e. qui metaphysici non sunt nisi iſozon, & eo modo, quem cl. auctor tenet) illos lux nimia confundit, ut de obscuritate conquerantur, principiorum minime familiarium concatenacionem sibi insuetam videntes, at non pervidentes; quemadmodum ad lucem solis meridianam caligant, qui ex loco umbræ in apricam subito procedunt.* Satis sane pro imperio metaphysico!

Ubinam vero sunt senatus populique philosophici suffragia pro hoc sapientiae monopolio? Siccine rerum publicarum ac regnorum rectoribus, & exercituum ducibus, omnibusque aliis negotia cumulatissima & maxime ardua summa cum prudentia tractantibus, & subtilitatum metaphysicarum ignavis, (quot enim quisque ex istis est metaphysicus ejusmodi, ejusmodi inquam, aut si unquam fuit, non quam felicissime esse desit?) *non est exculta ratio!* Siccine eos nimia illa lux metaphysica ita confundit, ut ad meridianam metaphysicæ lucem ita caligent, uti illi, qui ex loco umbroso in apricum subito procedunt? Siccine illis propter metaphysicæ lucis defectum deest omnis facultas Dei existentiam vel credendi, vel aliis demonstrandi? Quo non delabatur tam inconsultum speculationis metaphysicæ studium & encomium! Non improbo sobrium metaphysicæ studium, istud præsertim, quod in demonstranda theologia naturali legitime & solide occupatum est, & in notionibus rerum abstractivis modum tenet. At quotus quisque ita eam tractat, & præsertim inter scholasticos ita tractavit?

15. Nec est, quod Auctor clar. provocet ad ullum cum *Theologis genuinis consensum* in sua demonstrationis methodo. Non enim est quæstio: *an omnes demonstrandi viae aequae sint efficaces; & anne alie pluribus, alie paucioribus atheorum objectionibus sint obnoxie?* Uti enim hoc tuto affirmare; ita istud tuto negare potuerunt omnes. Sed quæstio est: *an sola viae metaphysica, salebrosa illa & tot spinetis obfita, & cum solidissimorum argumentorum impugnatione & rejectione conjuncta, uti in clar. Auctore re vera conjuncta est, sit genuina & sola ad convictionem sufficiens?* de hoc est quæstio: & de hoc producat ille theologorum consensus, falso creditus.

16. Quid vero dicam de cognata ista hypothese, *quod demonstratoris animus* (sermo est de demonstratione existentiae Dei) *multis artibus a disciplina excultus esse debeat?* Certe hac ratione dogma de Deo ad solos pertinebit eruditos, immo ad eruditorum, vulgo sic dictorum paucissimos, reliquis omnibus in atheismo hærentibus, aut per credulitatem a sententia eruditorum, præsertim metaphysicorum, misere pendentibus. Nec valebit exceptio, aliud esse *demonstrare*, aliud *credere*. Quis enim

enim illiteratus vel ad solum assensum illius adducetur dogmatis, quod non nisi metaphysicis obvium esse dicitur? Et si demonstratione supponit tot artes & scientias, & inter has præcipue metaphysicam; quomodo apud illiteratos, qui ne quidem vocum metaphysicarum notiones capiunt, firmus in illud assensus unquam obtinebitur? Nonne hoc est monopolium sibi arrogare metaphysicum in dogmate de Dei existentia & essentia demonstrando?

17. Nec rectiora sunt ista: *Nemo hic obscuritatem obtendat, nisi qui vel acuminis proprii defectum fateri nolit, vel simulationum involucra conquirat, quibus desidiam tegat. Quid enim? si quis hic regerat: Nemo hic lucem singularem prædicabit, nisi qui vel acuminis proprii jactantiam ne dissimulare quidem possit &c.*

18. Ceterum miror, hæc poni verba: *Si quis vero præfracte contendat, in auctoritate omne præsidium collocans, ceteras vias, quæ in Ratione Prælectionum a me notantur, & claritate vincere eam, quam ego elegi, & animum magis convincere &c.* Nam nemo, quod sciam, hic quidquam præfracte contendit; & multo minus in auctoritate ullum, nedum omne, præsidium collocat. Aliud sane est auctoritati unius philosophi, qui tantum non omne argumenti sui pondus in suo ingenii & iudicii acumine ipse collocat, καὶ ἀντιθέτων opponere auctoritates aliorum, quibus nec robur iudicii, nec doctrinæ copia, defuit, fere innumerorum. Atque ita subiectus Kepleri locus de hebetudine eorum, qui argumenta philosophica capere non possunt, hic nihil facit contra eos, quæ ipsi non nisi e principiis mere philosophicis, iisque genuinis, adversus principia pseudophilosophica disputant, & ideo fungorum ac stipitum loco haberi nec possunt, nec debent.

De Definitione Dei

ad eundem Commentationis §. XXII.

1. *Quoniam vero ex hac definitione animæ, quod sit substantia universi representativa pro ratione corporis alicujus organici & ejus in universo situ, nulla periculosa consecutaria consequuntur,*

tur, nisi falsa interpretatione facta; ita nec talia in Deo locum habent, ubi eam ad eundem extendo, ipsum definiens per substantiam omnia univ[er]sa possibil[ia] uno actu distincte, aut adequate, sibi representantem. At falsum est antecedens de definitione animæ. Ergo etiam consequens de definitione Dei.

2. Rationes eadem valent de Deo, quas modo de anima in medium protulimus. Sed hæc sunt ficulneæ. Ergo & istæ.

3. At ais, hanc Dei definitionem mutuam esse a scepticis omnium stolidissimis, qui Idealistæ vocantur. Miror hæc dicentem! Non miror: quamquam, qui istud hoc ipso modo scripserit, aut objecerit, nesciam. Si vero r[ati]o ab Idealistis mutuatum idem est, ac systemati Idealistarum conveniens & accommodatum; Cl. Auct[or] eo minus negabit, definitionem suam esse ab Idealistis mutuam, seu idealisticam, quo expressius & in Ratione Prælect. et in Metaphysica confitetur, se systema suum & Idealistarum & Materialistarum systemati accommodasse. Vide Rat. Prælect. p. 145 157. seqq.

4. Nomina mihi queso ex multis tantum unum, qui hanc Dei vel animæ definitionem dederit. Sufficit, eam esse Idealisticam. Cum enim Idealistæ mundi existentiam tantum habeant pro ideali, in ideis animæ positam, & eo tantum non omnia referant; vi istius hypotheseos animam non aliter describere possunt, quam per substantiam mundi representativam: certe non possunt non agnoscere, hanc definitionem systemati suo convenire.

Quid multis? Audiamus ipsum cl. Autorem, quod hic negat, in Rat. Prælect. p. 145. his contententem verbis: *Cum perpenderem, philosophorum alios admittere existentiam mundi realem, alios non nisi idealem; primum consecuturus (ut doctrinæ cl. Auct. Metaphysicæ ab omni secta libera essent, secundum antecedentia) operam dedi, ut definitiones ac demonstrationes fundamentales ista conciperem, NE IPSI IDEALISTÆ EAS REICERE POSSINT.*

5. Mibi non innotuerunt, nisi duo scripta, qui Idealismum professi sunt, idiomate Anglico Londini publicata, Georgii nempe Berkeley Hybernici & Arthuri Collierii, Angli, sed in illis definitio illa non exstat. Quid tum? Sufficit enim, eam esse idealisticam, seu

seu idealismo accommodatam, vel ex ipsius viri doctissimi confessione. Mihi vero hic liceat duo interrogare: I. cur, cum tanta sit Idealisticorum scriptorum raritas, vir cl. istis systema suum suasque definitiones accomodaverit? In primis cum Idealistæ omnium confessione sint homines mortalium omnium stolidissimi, & nequaquam inter philosophos numerandi. Etenim cum universum mundum suaque ipsorum corpora negent, contententes, nec mundum, nec corpora sua, existere, nisi in solis animæ ideis; non alio ad stoliditatis suæ convictionem argumento egent, quam illo in *ferio*, non quidem logice, sed physice tali. Etenim si colaphis gravius excepti adhuc negarent, existere sua corpora & quidquam extra se, pugnis acrius contusi depexique tandem confessuri essent errorem suum, nisi affectatæ insanix vellent immori. Enim vero cum sit *ἐν τῶν ἀδυνάτων*, ut homo sanæ mentis sit ejusmodi idealista, semper existimavi & adhuc existimo, genuinos idealistas inter sanæ mentis homines nunquam existisse; istos vero, qui idealismum professi sunt, aut fuisse mente captos, aut malitiosos empæctas, seu agyras, qui, cum viderent, nullam opinionem tam esse absurdam, quin assclas & defensores inveniatur, hoc suum idealismi pomum eridos in medium inter doctos projecerint, visuri, quo illud excepturi essent iudicio, & eos, qui refutationis operam susciperent, effuse irrifuri. His vero homunculis suum philosophiæ systema & suas definitiones accommodare, an veterani & potentis philosophi sit, (ut verbis clar. Auctoris utar) alii viderint. Pergo ad quæstionem alteram, quæ est: Cum idealistæ scepticorum omnium sint ineptissimi, *sceptici* vero, uti re ipsa loquente, sic etiam historia philosophica teste, philosophis dogmaticis sint oppositi, cur Auctor clarissimus in Præfatione Metaphysicæ Idealistas Dogmaticis annumeret? Die ersten, inquit, hat man Scepticos oder zweiffeler, die andere hingegen Dogmaticos oder Lehrreiche genennet. Die Lehrreichen theilen sich in verschiedene Seelen ein. Denn entweder sie geben nur eine Art der Dinge vor, oder sie nehmen ihre zweyerley Arten an. Die ersten werden Monisten, die andern Dualisten genennet. Die Monisten sind abermal von zweyerley Gattung, entweder Idealisten, oder Materialisten. Jene geben

ben bloße Geister (notetur hic locus, jam supra allegatus, & in eo ista confessio, quod Leibnizianæ monades & cl. Auctoris nostri simplicia, einfache Dinge, e quorum specie prima totum hoc univcrsum corporeum, spiritibus sic in materiam mutatis, compositum esse dicitur, uti supra cap. I. Placito I. vidimus) oder solche Dinge zu, welche nicht aus Materie bestehen, und von uns einfache Dinge genennet werden, dergleichen die Leibnizischen Einheiten sind; halten aber die Welt und die darinnen befindliche Körper für bloße Einbildungen der einfachen Dinge, und sehen sie nicht anders an, als einen regulirten Traum &c. Quandoquidem vero Idealistæ corpora negant, statuuntque animæ essentiam esse universi representativam; & Materialistæ negatis spiritibus animam habent pro qualitate materiæ, statuentes, corpus sine influxu animæ vi structuræ suæ moveri, etiam loqui ac scribere; clarissimus Auctor ibidem porro edisserit, *quod & quomodo cum illustri Leibnizio systema suum utrorumque, idealistarum & materialistarum, systemati accommodaverit, horum atque istorum veritatibus* (quod anima vim mundi representativam exferat sine subsidio organorum corporis, eam exfertura, etiamsi ne mundus quidem ipse cum corpore suo organico adesset: & quod corpus sine concursu animæ moveatur) *in suum systema receperit.* Egregium vero doctrinæ systema, quod e duobus aliis ad extrema abeuntibus, & maxime erroneis absurdisque, compositum est! Certe vel sola hæc extremorum conjunctio in unum est, quod systema Leibnizianum, quantum est, funditus jam per se potest evertere, immo revera evertit, ideo ætatem nequaquam laturam. Mihi certe hæc utriusque istius systematis in tertium compositio similis videtur, isti, qua quis systema *atheismi ac enthusiasmi* in unum esset redacturus.

6. *Noui, Platonem visum fuisse nonnullis Idealistam, propterea quod alicubi corpora phenomena appellet, nec celeberrimum Malebranchium ab Idealismo multum absuisse vulgo credi; sed nec in illorum scriptis definitio illa reperitur. Sed hoc ad rem? Recolatur mente, quæ dicta sunt. Platonis & Malebranchii non pertinent, utpote ex alio principio dijudicanda; & multo minus paradoxo Malebranchii chimære.*

7. Enim vero posito, sed non concesso, definitionem ab Idealista ante fuisse inuentam; cum hoc philosophorum genus substantias immateriales agnoscat solasque reales admittat, non video, cur ideo ab iis inuenta definitio substantiæ immaterialis bona esse non possit, quia corporum existentiam realem negant. Cl. Auctorem hoc non videre, doleo; sed ipsum hoc videre non potuisse, nec debuisse, nego. Etenim cum idealistæ falsissimum hoc haberent, aut visus captandi causa fingerent, suppositum, nec mundum, nec corpus suum, vere existere; ex hac hypothese non potuerunt non negare, quod rerum corporearum ideæ subsidio organorum corporis animæ ingerantur; & per consequens non potuerunt non animæ essentiam fingere in vi uniuersi representatiua; cum negare non possent, se uniuersi ideas habere. Sic errorum alius alium genuit. Qui cum in hac definitione lateant, illa omnino erronea & vitiosa est per se, ex hoc nostro reali ad mundum idealem remittenda. Ceterum quo fundamento logico Idealistæ, scepticorum absurdissimi, qui prima veritatum principia negant, & quibuscum ne quidem disputandum est, in verbis allegatis a cl. Auctore inter Philosophos numerentur, non video.

8. Num substantia immaterialis ita tibi a materiali in esse suo dependere videtur, ut nisi huius reali existentia admissa definiri rite possit? Questioni questionem oppono: Num is, qui negat, animam ab iis, qui corporis eiusdem organici & mundi realem existentiam non admittebant, vi huius tam grandis erroris recte potuisse definiri, ideo censendus sit statuere, quod substantia immaterialis a materiali in esse suo dependeat? Certe Logica hanc consequentiam non necit.

9. Mihi non videtur, neque Cartesianorum vllus concedet, substantiam immaterialem sine dependentia a materia concipi non posse &c. Nec mihi. Quis vero hanc concessionem vnquam vel postulauit, vel postulabit? Quod si vero substantia spiritalis sine dependentia a materia concipi potest, adde, & debet, quod nemo sanior philosophus negauerit: quomodo, quæso, systematis Leibniziani anima, cuius essentia in vi uniuersi corporei representatiua consistit, ideam Dei & angelorum, immo & aliarum animarum, sibi concipiet? Nam si pro essen-

tia sua est vniuersi corporae representatiua, non erit representatiua Dei (vt de aliis spiritibus nunc nihil dicam) Dei ab vniuerso distincti, h. e. nullas sibi de Deo ideas formare poterit. Solutionem exspectat hic nodus, non irrisionem; & solutionem quidem, quæ salua definitione animæ idealistica examen logicum sustineat.

10. *Vrges ulterius, definitionem Dei controuersam esse definito obscuriorem: sed vellem probares.* Probabo. Suppono, vniuerso humano generi, quatenus vel naturaliter sapit, definitum, Deum, iam antea notum esse, tanquam Ens supremum ac spirituale, quod a se ipso est, intellectu sapientissimo & voluntate liberrima, optima ac potentissima præditum, quod se vnius huius vniuersi productione manifestauerit, nec se providentia sua manifestare desinat, ideoque religioso cultu sit dignissimum. Hæc est naturalis de Deo idea, siue his, siue aliis, siue pluribus, siue paucioribus, verbis expressa; idea, quæ de definito omnibus hominibus non atheis infidet. Vnde, quando audiunt de substantia omnia vniuersa possibili unico actu distincte, seu adequate, sibi representante, ænigma audiunt; nimirum definitionem, quæ definito, per longe aliam ideam sibi iam cognito, non respondet. Quodsi definito antea non indicato ipsos interrogaueris: quid sit substantia omnia vniuersa possibili unico actu distincte aut adequate sibi representans? coniectura suspensi fere facilius definitionem hanc applicauerint ad nouæ & raræ inuentionis speculam, aut ad artificiosam aliquam machinam, aut miræ artis picturam, quam ad Deum. Moniti vero de sua coniecturæ aberratione, denuo hærebunt scire auentes, quæ nam sit illa tam singularis substantia. Ne dicam, haud difficulter fieri posse, vt nonnulli non sine probabilitate quidem, at non sine indignissimo coniecturæ lapsu, incidere possint in illa maligni spiritus verba apud Lucam c. IV. 8. Huc accedit, quod definitio hæc definito multo sit angustior: vnde noua coniecturæ difficultas obiicitur. Quid? quod definitiones non fiant coniecturæ, sed scientiæ. Obscurior itaque omnino est definitio hæc definito. Quod erat probandum.

11. *Quisquis enim sit, nulla tamen in affirmando est auctori-*

tas, quæ demonstrationis vicem sustinere possit. Philosophus non admittit nisi probata. Et recte quidem. Ergo nunc admittantur: & quidem cum agnitione, nullam vilius Philosophi in definiendo esse auctoritatem, nisi quæ demonstratione nitatur.

12. Vbi latet obscuritas, ego sane non video, præsertim cum singuli termini, qui definitionem ingrediuntur, iam ante definiti supponantur: id quod a me factum est, qui possibile, vniuersum, distinctam & adequatam notionem definiui. Logica naturalis requirit, vt definitum, seu definiendum, quod iam omnibus sub certis verisque ideis innotuit, verbis describatur perspicuis, h. e. iis, quæ ideis istis respondent: abhorret vero ab eo definiendo modo, qui, & ideis communibus rectisque, & verbis, quæ iis conueniunt, reiectis, ipsa etiam verba adhibet ænigmatica, quæ præuiam definitionem requirunt, & ne definita quidem penitus desinaunt esse ænigmata; & si ipsa lux essent meridiana, definiti tamen essentiam tantum minore sui parte exprimerent. Quot nodos & inuolucra vel sola possibilium vox habeat, e Cap. I. Placito VI. liquet.

13. Reprehendis, quod plurium vniuersorum mentio fiat, cum vnicum tantum existat. Quenam huius reprehensionis ratio? Non reprehendo, sed disputo. Et in disputatione quando nego, Deum a plurium, immo innumerabilium, vniuersorum, repræsentatione cum tantum vnicum existat, recte definiri, dico, quod res est. Quis enim locus esse potest ac debet non entibus in summi Entis definitione?

14. Num putas, Deum tantum præsens quasi intueri hoc vniuersum, quod actu existit, ad cetera quæ possibilis sunt (nimirum ipsa vniuersa) sese non extendere eius scientiam? Puto: & ita quidem, vt negem possibilitatem plurium, immo innumerorum, vt metaphysica loquitur, vniuersorum existentiam simultaneam, aut successiuam, demonstratam esse, & si demonstrata sit, a possibilitate ad actum existendi valere consequentiam, & Deum ea vniuersa, quæ in æternum mera non entia manebunt, secundum totam suam mechanicam structuram omnesque rerum omnium ad illa pertinentium nexum speculando & instar methaphysici *μετῶριζομένης* trutinando sibi repræsentasse.

14. *Negas igitur, quæ de scientia media tradunt theologi & in omniscientiam Dei iniurius existis.* Posses hic responsionis loco iure usurpare illud Comment. p. 79 intempestive applicatum: *Ne sator ultra crepidam / sed transeat.* Respondeo itaque: Non nego Affirmatio autem in regulas logicas existit iniuria. Nam a negatione representationis *plurium*, inamo *innumerorum*, *uniuersorum* argumentatur ad negationem possibilium *vnus huius vniversi*, quæ quidem nec facta sunt, nec fiunt, fieri tamen potuissent & possent a causis liberis; si hæc, aut ista, conditio, in libero earum arbitrio posita, fuisset impleta, aut impleretur. Hanc Dei *scientiam hypotheticam* cum scholasticis nonnulli non commode satis vocant *mediam*. Et hanc illustrent inter alia exemplo *Davidis*, Dominum de Kegilthis & sua apud ipsos per mansione ininterrogantis t Sam. XXIII. 7. seqq. Quid hæc possibilitium sub certa conditione futurorum, at non factorum, & ad hoc *ipsum vniversum* pertinentium præuiso ad præuisionem *aliorum vniversorum non entium*? Istam tradunt Theologi *scientiam mediam*, non hanc; utpote quæ nulli rectoris systematis Theologo vnquam vel per somnium in mentem venerit.

15. *An vero existimas, præter ea, quæ actu sunt, haud alio possibilia esse.* Non existimo, si intelligantur possibilium *huius vniversi*. In eo enim, quod statuimus, præter ea, quæ in hoc vniverso facta sunt, fiunt & futura sunt a causis liberis, etiam alia innumera fuisse, esse & fore possibilium, consistit ingens illa differentia systematis communis & Leibnitiani. Quare quætionem ita inuerto: *Num vir cl. existimat, præter ea, quæ in hoc vniverso actu fuerunt, sunt & futura sunt, causis liberis alia fuisse, esse & fore possibilium?* Si negat; fatum asserit absolutum, a Spinoziano & Hobbesiano re ipsa non diuersum. Si affirmat; systema suum ipse penitus euertit. Videbo, quænam regula logica hic tertium sit datura. Conciunt itaque & in ipsum Cl. Auctorem recidunt, quando ita pergit: *Sic cum Spinoza & Hobbeso, aliisque fatalistis Abelardi errorem renouas tuumque facis.* Interea accipio hanc confessionem, *quod necessitas fatalis a bono & vero philosophiæ systemate abesse debeat.* Leibnitiani vero systematis centrum cum sit in illo ipso fato, simul de tota eius peripheria, inde deducta, & eo reducenda, quid iudicandum sit, facile liquet.

16. *Si præter ea, quæ actu existunt, alia possibilìa admittis, sed quæ non locum habent, nisi in hoc vniuerso, hoc est, stante eadem corporum totalium compage; vocem vniuersi alio in sensu accipis, quam ego, & sic logomachus evadis, atque insuper possibilium numerum arctioribus limitibus, meo quidem iudicio, constringis, quam par est. Non autem meo, nec lectorum, quod spero, iudicio. Nec isti in eo deprehendent logomachiam, quando aliquis clar. Auctori ad sua vniuersi possibilìa, nimirum tantum ea, quæ actu fiunt, contradicit, & affirmat, ad huius ipsius vniuersi possibilìa etiã ea, quæ fieri potuissent & debuissent, possunt ac debent, poterunt ac debebunt, pertinere, etsi actu nec facta sint, nec fiant, nec sint futura.*

17. *Enim vero capitalem quandam defectum in ea definitione observas, nempe quod tantum Deus describatur ab intellectu, nec vna fiat mentio voluntatis liberæ, omnipotentis, creationis & providentiæ. Sed ego hunc defectum non agnosco: neque enim opus est, ut omnia substantiæ attributa omnesque operationes in definitionem compingantur. Aliud est omnia attributa, omnesque operationes, in definitionem compingere: aliud in ea ponenda non omittere. Reco'enda hic sunt, quæ antea de definitione animæ dicta sunt. Quod si enim ista definitio, quæ anima a secundaria intellectus proprietate, in vi vniuersi representatiua posita, definitur, nequaquam anima humana est digna; vti pluribus demonstravi; multo minus Deo digna est hæc eius definitio, qua dicitur substantia omnium vniuersorum adæquate representatiua. Hinc enim nullum aliud Dei attributum, vlla euidencia logica potest deriuari, & tamen habetur illa facultas Dei pro ipsa Dei essentia, & ista definitio pro reali.*

18. *Qui hoc faciunt, Logicam ignorant, quæ non plura ad definitionem requirit, quam quæ ad definitum ab aliis sui similibus discernendum sufficiant. Quid vero, si re ipsa demonstrauerint, e logicam non ignorare, etiã eius scientiam non pariter iactent? Logica ad definitionem accuratam & realem, qualis in primis a philosophis illis, qui in omnibus accuratationem & euidenciam Geometricam præ se ferunt, iure expectatur, omnino requirit, ut illæ definiti proprietates essentielles, e quibus essentia eius*

non ex parte aliqua, eaque secundaria, sed ex toto, seu, etfi generatim, ita tamen cognoscatur, vt reliqua inde per euidentem consequentiam deriuari possint, perspicue exprimentur. Sed quid hinc cognosces, aut quid inde demonstraueris, si Deum definiueris per *substantiam omnia uniuersa possibilis vno actu representantem*. Certe demonstratio illa, quæ in Metaphysica tentata est, non dissimilis est deriuationi aquæ e silice.

19. *Vrges hinc ulterius, in ea definitione nihil contineri, quod non dixerint Aristotelis & Epicuri affectæ. Sit ita, quamuis nondum probatum fuerit; sit etiam ita, quod hæcenus nondum cuiusdam systema Aristotelis & Epicuri de Deo & mundo causam Atheismi continere, an ideo omnes Aristotelis & Epicuri de Deo errores suos facit, qui in definitione sumis, quæ ab iis de Deo vera esse cognoscuntur, & quæ ipse falsa non esse fateris.* a. Cuiusnam hæc sit confessio, eo, quo hic exprimitur, sensu concepta, ego quidem ignoro. Ego sane nunquam confitebor, ea, quæ Aristoteles & Epicurus de Deo dixerunt, vera esse. Dixerunt enim, & multo magis intellexerunt, ea in sensu exclusiuo reliquorum. Ergo quæ in sensu coniuunctiuo & adæquato vera essent, falsa sunt in sensu exclusiuo & mutilato. b. Ignoro etiam, quisnam cl. Auctori, ex eo, quod in sua Definitione Dei nihil expresserit, quod non Aristoteles quoque & Epicurus saluo suo systemate admittere potuerint, obiecerit, quod omnes Aristotelis & Epicuri errores suos fecerit, & quidem data opera, & ex intentione ea, qua facta est definitio. Ego quidem quemadmodum hoc ipsi non imputo: ita certe l. udare & admittere non possum, quod Deus notione tam elumbi d. finisatur, & quidem a philosopho mathematico & christiano nihil nisi *ἀνεπίβητον* præ se ferente. Cum enim definitiones præbeant axiomata & confectaria, quænam hinc iusta, etfi haud præuisa, nec intenta, consequentia non eruentur? c. Systema autem Aristotelis & Epicuri de Deo & mundo causam atheismi continere, demonstraui in *Protheoria Causæ Dei aduersus atheismum & pseudophilosophiam* p. 33. sqq. p. 42. sqq. *theoremate quinto & sexto*. Et hæc demonstratio tam diu valet, donec contrarium, quod tantum dicitur, solide proberur.

20. *Demonstrandum erat, ex iis, quæ in definitione Dei su,*

sumuntur, sequi damnatos Aristotelis & Epicuri errores necessaria consequentia: id quod fieri non posse, vel inde patet, quod ipsemet vera concedis, quæ in definitione continentur. Ex veritate autem necessaria consequentia non sequuntur errores. Horum adjudicatio pendet e jam dictis. Demonstratio enim jam facta est.

21. *Contendis tandem, ipsum Spinosam dicere, quod Deus sit res cogitans (Ethic. P. II. prop. I. p. 42.) & idem esse arbitraris, rem cogitantem esse & omnia uniuersa possibilis vnico actu distincte sibi representare. Sit ita, quod vnum sit, quamvis mihi nondum videatur; sed quid, quæso inde periculi imminet? Ego quidem non dixerò, in systemate Leibnitiano definitionem Dei omni sensu & respectu eandem esse, quæ est in systemate Spinosiano; at quis istorum systematum gnarus negabit, definitionem Dei Leibnitianam ita comparatam esse, vt a Spinoza, & hodie ab infauis ejus sectatoribus, pro sua, quasunt, vafricie admitti potuerit & possit? Anne vero satis est periculi, ejusmodi hominibus frigidam suffundere? Cur a philosopho, si vero Dei timore tangitur, non potius omnis datur opera, vt serpenti isti Spinosismi gangræne obuiam eatur?*

22. *Hausit ea Spinoza, uti notissimum, ex Cartesio, qui substantiam incorpoream definiuit per cogitationem. Idem cum Cartesio sensis Poiretus, quem auctor novioris Medicinæ mentis in præfatione vocat virum summum & meritisimum, in cujus scripta cum incidere, magnopere sibi gratulatus. a. Cartesium substantiam incorpoream male, certe imperfecte, definiuisse per cogitationem, ipsa spirituum natura docet. b. Poirerum cum Cartesianis principiis aliis etiam hunc errorem primum adoptasse, notum est; sed non minus istud constat, quod, uti alia, ita etiam hoc placitum erroneum correxerit, & unus e præcipuis & doctissimis Cartesii censoribus & refutatoribus exstiterit. Cur vero ista alleget, & hoc data opera reticeat, Auctor clarissimus, ipse noverit. c. Quam ingenue Poiretus definitionem mentis humanæ (sic etiam divinæ) correxerit, inter alia hic ejus locus in Discursu præliminari Cogitationum de Deo, anima & male edit. novæ indicat p. 11. Quod mens sit cogitatio CUPIDA (en notionem voluntatis notioni intellectus additam)*

quærens, tanquam vacua, objectum, desiderans, nec ab eo desiderio quiescens; id cuius non trunco, manifestum est. Hoc est centrum animæ intimum & essentialissimum, CUPIDITAS, QUÆSTIO OBJECTI, DESIDERIUM. Nihil inclinat in mente est & fundamentalis. Hac cupiditas fundamentalis a Deo essentialiter cupido (ergo non nudæ repræsentatio vniversorum possibilium) ad sui similitudinem est producta, & ipsa recepta ab illo, ut fieret principium cupiens &c. Sic porro: At quam illa cupiditas, menti essentialis & centralissima? &c. c. Poiretum naturalibus animi dotibus ac eruditione, nec non iis, quæ ex vero egregie scripsit, & inter alia censuris Anti-Cartesianis, Anti-Beckerianis & Anti-Spinozianis, virum fuisse summum & meritissimum, nemo cordatus negaverit. d. Et cum auctor *Medicina mentis* ante viginti annos scriptæ, novioris, (ad differentiam Tzshirnhausianæ hic ita dictæ) adhuc juvenis hæc in Poiretiani scriptis, speciatim in libro ejus de *Eruditione solida, superficiali & falsa* deprehenderet, auctorem non immerito isto ornavit elogio; etsi non sine expressa cautela posito, scilicet *Poiretiana legenda esse cum iudicio & accipienda cum selectu*. Cum vero post annos plures incidere in eius *Oeconomiam divinam*, & deprehenderet, ipsum multo maiores errores imbibisse e systemate Burignoniano in Theologia, quã antea e Cartesiano in Philosophia; & observaret, a longiore tempore multos viros & doctos & bonos, speciosissimo proponendi modo, quo auctor utitur, inescatos in magnum detrimentum doctrinæ evangelicæ eosdem passim adoptasse & propagare; primum disquirendam sibi sumit grauioris momenti materiam de *ortu animæ Adami ex Deo*, non per emanationem, sed per creationem, eamque duabus dissertationibus academicis excussit: proxime vero elapsis annis iisdem addidit *Dissertationes publicas XXIV*, quibus potiora e reliquis Poiretiani systematis placitis, doctrinæ evangelicæ aduersis, ad examen reuocavit. Atque ita in Poireto rationem habuit triti illius axiomatis: *amicus Plato, amica magis veritas*. Vtinam hoc veritatis & caritatis officium Auctor cl. ingenioso suo Leibnitio præstitisset!

23. *Sentiant etiam hodiernum cum Cartesio Philosophi & Theologi, quos inter mihi Ruardum Andalam, strenuum Cartesii defensorem in Academia Franquevæna nominasse sufficiat. Quid vero tum? aut qua-*

quale inde pondus logicum Cartesiano systemati accrescit? Mihi vero reliquarum notionum & confessionum Theologis ac Philosophis, qui systema Cartesianum destruxerunt, prætermissis, iam sufficiat e Batauis nominasse MELCHIOREM LEYDECKERVM in *Face veritatis*, & PETRVM von MACHSTRICHT in *Novitatum Cartesianarum Gangrana*. Conf. CYRIACVS LENTVLVS, Prof. Marpurgenfis, in *Cartesio triumphato & noua sapientia cartesii ineptiarum & blasphemie conuicta*.

24. *Sed scrupulus superest, qui te angit* (non scrupulus, sed res explorati facti.) *Cartesium aut atheismi occasionem incautus præbuisse*, definitione mentis humana haud adequata, quippe qua in cognitione posita suam voluntati præstantiam & libertatem haud relinquit. Quocum vir cl. disputer, ipse nouerit. Ego vero in *Causa Dei Protheoria*, postquam theoremate I. atheismi occasionem a causa distinxit, theoremate VIII. e sex Cartesiani systematis hypothesibus coniunctim sumtis, in quarum numero ista de definitione anima quarta est, demonstrauit, illud atheismo occasionem præbere. Et recte quidem.

25. *Res facti est: nominandi ergo sunt athei, qui ad atheismum ideo prolapsi, quod Cartesius definiuerit animam per substantiam cogitantem. Hactenus ne unus quidem nominari potuit.* a. Ante omnia quæro ex viro clarissimo, secundum quam Logicam, veterem, aut nouam, id, quod de sex erroribus coniunctim dictum est, scilicet eos atheismo occasionem præbere, de vno præcet, & sic thesi, de istis sex, seu ipso systemate Cartesiano, propositæ, contradicat? Num hoc est veterani in philosophicis? b. Si nominandi sunt illi, qui systemate isto data ac arrepta occasione ad atheismum prolapsi sint; en nominabo vnum, instar omnium, aliorum ducem ac antesignanum, h. e. BEN. SPINOSAM. Et *Spinosam* quidem e Cartesiano systemate, quod tantopere adamauerat, immo deperierat, ad atheismum esse prolapsum, docet vtriusque systematis collatio, & in Spinosiano isto illa hypothesium Cartesianarum applicatio ad atheismum, speciatim istius, quo Cartesius negauit, operationes animæ in corpus & corporis in animam esse ipsius corporis & ipsius animæ, & e contrario contendit, eas esse ipsius Dei operationes immediatas. Cum vero istæ operationes

re

re vera sint *creatura & natura*, non vero Dei, Spinoza retenta & extensa ista hypothesi *naturam* vocauit *Deum*, & *Deum naturam*, hinc contendens, Deum sub notione modo *cogitationis*, modo *materia*, considerandum esse; atque ita hoc ipsum vniuersum tantum esse vnicam substantiam, ipsumque Deum, variis rebus singularibus formisque modificatum.

26. *Quod vero vi huius definitionis libertas voluntatis non aueratur; docerunt Cartesiani, nec me defensore opus habent.* Isti vero in defensione systematis sui ita steterunt, vt Auctor cl. in defensione Leibnitiani, defensorum maxime indigi, & defensionis expertes vtrunque quam certissime permansuri.

DISQUISITIONIS

EPIMETRV M BIMEMBRE.

MEMBRVM I.

De fiducia cl. Auctoris erga se ipsum.

Quantopere suo iudicii acumini & systemati confidat Auctor cl. & ita quidem, vt aliorum dissenfum, quem tamen non nescit fere communem esse, hebetudini, qua laborent, mentis, tribuat, hactenus quidem, quando verba ipsius fuerunt adducenda, passim percepimus. Non tamen erit inconsultum, vt etiam eiusdem argumenti alia nonnulla, cum e præfatione Metaphysicæ, cum e peculiari aliquo & perbreui scripto, *Erinnerung, wie er es mit denen halten wolle, die wider ihn schreiben würden*, vocato, huc referam, epicrisi lectoribus maxima ex parte relicta.

- 1) *In materia (de Deo, mundo & anima verba sunt Auctoris) quam iam tracto, huc vsque multum fuit tenebrarum & confusiois. Desuerunt distinctæ notiones, solidae demonstrationes & connexiones veritatum inter se, adeo vt multæ veritates pro erroribus fuerint habitæ, & tanquam aliis repugnantes reiectæ; quæ tamen non solum quam rectissime se habent, sed etiam maxime arduis & utilissimis sunt annumerandæ. Laboravi itaque, vt desectibus bosce supplerem, ante omnia id agens, ne de re quaquam sermonem facerem, cuius notionem distinctam non exhibuerim &c.*

Hicce

Hicce vero doctrinarum tenebris quia lucem attulisse sibi visus est vir doctissimus, libro suo præmisit imaginem ex ære expressam, qua sol pulsa nocte diem reducit cum lemmate: *Lucem post nubila reddis*. Sed imago est imago, uti ista libri de rerum finibus, quæ *rugientem exhibet leonem cum lemmate: fortibus tantum obsistit*.

2. *Studui etiam (porro sunt verba ejusdem) nihil sine probatione admittere. Nam quæcunque assero, vel in clava experientia fundata vel per idoneas rationes demonstrata sunt &c.*

3. *Qui etiam probationes vel obiter tantum considerat, huic citationes ubique obvise ostendent, cuncta semper e præcedentibus derivari. Maxime id operam dedi, ut omnes veritates cohererent, & totum opus catena esset simile, in qua semper articulus alius cum alio, & sic singuli cum reliquis omnibus essent connexi. Citationes, quæ ubique factæ sunt, hoc pariter abunde ostendent. Atque ita arbitror, me defectus istos, quos in materiis his tractatis huc usque habuimus, sustulisse.*

Not. Pro eo, quod veritati debeo, officio meo hic intermittere non possum, quin denuo modeste dicam, quod res est. Scilicet ego sincere asseverare possum, me nullum unquam philosophicum scriptum legisse, in quo ut plus erronearum opinionum, sic minus solidæ demonstrationis invenerim, quam in clarissimi Auctoris *Metaphysica*. Paragraphi quidem per singula capita una serie continuantur, & in consequentibus antecedentia allegato §§ numero identidem allegantur. At si hoc est demonstrare, e nigro album poterit demonstrari. Quando paragraphi, fundamenti loco citati, evolvuntur, sæpe nihil in iis minus deprehenditur, quam solidum insequentium assertionum fundamentum. Lectores vero quando priora legunt, nec tamen ea ullo modo probata vident, probationem in sequentibus expectant: sed probationum loco deprehendunt, Auctorem doctissimum potius ad alia omnia abire: & interea tamen in continuata sua deductionis serie identidem ad priora ista, tanquam ad evictas veritates, provocare. Quæ methodus an mathematica sit, alii judicent. Genuini demon-

fratoris est, theses, seu propositiones, catenata serie exhibere, easque secundum præmissa, aut jam alibi concessa postulata, tanquam principia, argumentis instruere, nec ad novam propositionem accedere, nisi antecedens evidenter probata sit. Hic Rhodus esto! Hic videbimus hujus philosophiæ demonstrationes mathematicas. Si sibi fidit vir cl., ineat hanc methodum. Sin minus, desinat triumphare, dissentientibus hebetudine judicii toties objecta.

4. *Qui hoc fecerit* (h. e. omnia ea serie, qua meditando deducta sint, expenderit) *hunc inde fructum cum voluptate capiet, ut ad distinctam & solidam cognitionem solidissimarum veritatum* (quarum omnium, ut videmus, centrum in absoluto fato est) *perveniat; & hanc speciatim voluptatem inde percipiet, ut errores maxime noxios* (v. g. animam movere & regere corpus, linguam loqui & calamum scribere ex imperio & directione animæ &c.) *illorum, qui sibi persuadent, se præ aliis judicio valere & insuperabiles esse, solide possit refutare, etiam objectiones contra religionem naturalem & revelatam factas cum pondere queat solvere.* Contra-rium vidimus.

5. *In nova præfatione: In libro hoc maximi momenti veritates proposui, & tam in doctrina morali, quam politica abunde ostendi, quanta per eas lux in omnibus reliquis disciplinis accensa sit; & quod tandem certitudo omnis cognitionis hoc fundamento nitatur.*

6. *Ego omnium minime habeo causam, ut illud faciam* (h. e. plura exempla, quod philosophis sine ratione fuerit contradictum, allegem) *cum hic liber meus, uti reliqui, quos edidi, hanc habuerit fortunam, ut ubique bene fuerit acceptus & apud eruditorum prudentissimos approbationem invenerit.*

7. *Immo non nescio; præcipuos Theologos omnium trium religionum sacri Romani imperii agnovisse, librum hunc meum ad solidam cognitionem Theologiæ non parum conferre & lectorem suum in eo collocare statu, ut se adversus quarvis objectiones illorum, qui præ aliis sibi robur judicii tribuunt, possit defendere.*

8. *Abunde etiam mihi constat, præcipue stationis Theologos doctrinam*

Erinam meam moralem verbi ministris cum emphasi commendasse, & illos, qui ad sacrum ministerium se prepararunt, instruxisse, quomodo cum fructu illa uti possint &c. Conferatur præfatio de Schrifen zwischen dem Herrn von Leibnitz und Herrn D. Klarch, ubi quantopere Metaphysica sua etiam de Theologia revelata meritis sit, & istis meritis suis Theologos sibi devinxerit, ipse satis confidenter prædicat.

9. *Ut vero hic liber extendatur, eo minus est necessarium, quia certo decrevi, omnes partes philosophiæ Latine multo uberius edere; imprimis quia in hoc proposito adhuc quotidie confirmor; cum exteri, qui nullam lingue Germanicæ notitiam habent, & meas tamen doctrinas meumque proponendi modum amant, me, ut illud efficiam, cohortentur, & quam primum hoc futurum sit, scire avertent. Omnium autem minime ideo plura hic sunt addenda, QUIA OMNES RELIQUÆ PARTES PHILOSOPHIÆ IN DOCTRINÀ HUIUS LIBRI METAPHYSICI FUNDAMENTUM SUUM HABENT &c.*

10. *Et hac ratione harmoniæ præstabilite Leibnizianæ major lux est affusa, eaque multis, qui antea nullam de ea sibi ideam formare poterant, facta est comprehensibilis, postquam tam idealistarum, quam materialistarum opiniones solide deduci & perspicue demonstravi, quantum veritatis in iis sit. En systema novum, compositum e duobus systematibus maxime heterogeneis & ita comparatis, ut absurditate sua se ipsa destruant, h. e. systemate idealistarum & materialistarum, philosophis, cum nec prima philosophiæ principia admittant, nequaquam annumerandorum.*

11. *Clausula novæ præfationis hæc est: Sufficit, quod monstraverim, multa adhuc utilia posse inveniri, quando quis iudicium suum metaphysicum vult ostendere. Es ist gnug, daß ich gezeigt habe, man könne noch viel nützliches erfinden, wenn man seinen metaphysischen Verstand zeigen will!*

12. *Recensione scripti cl. Auctoris, Erinnerung, wie er es künftig mit den Einwürfen halten wolle, die wieder seine Schrifen gemacht werden, supersedeo: ut tamen, quod res est, quam brevissime dicam, omnia eo redeunt i. ad fiduciam*

ciam de sua, ut ita loquar, infallibilitate; erroris omnis exper-
te. Se enim alicubi errare POTUISSE, ne generatim quidem
concedit, tantum paratus ad uberiores dogmatum suorum, quæ
verissima esse contendit, declarationem & scrupulorum exem-
tionem: 2. ad diffidentiam de dissentientibus; jam in antecessum
contentim habitis, tanquam hominibus, quibus iudicium phi-
losophicum desit. Prætereo hic ejusdem confidentiæ loca in
Commentar. passim obvia & partim jam notata.

13. In rariore *dedicatione Physicæ* ad Russorum monarcham hæc
leguntur: *Erw. Käyserl. Majest. suchen eine Person, denen sie
die Bewerckstellung eines so glorwürdigen Unternehmens
(daß Verstand und Wissenschaft, uti præcedit, in einem sehr
reichen Maaße in Rußland anzutreffen seyn möge) anvertrau-
en können, und haben das allergnädigste Vertrauen, daß es
durch mich am süglichsten geschehen könne. 2c.*

14. Hoc vero est, quod non possum non laudare in præ-
fatione doctrinæ moralis; quando ita scribit: *Non posulo; ut a
me quidquam e præjudicio credulitatis accipiatur. Potius unum-
quemque lectorem adhortor; & hoc nunc repeto; ut omnia quam a-
cerrime (aufs schärfste) examinet. Paratus etiam sum, ut scrupulos ipsi eximam, vel, si quid erroris esset deprehensurus; ut emen-
dem.* Disquisitio mea non est acris, nedum acerrima sed tan-
tum logica. Quare, ut promissa præstet Auctor clarissimus, ipse
bona exspecto.

15. Manifestum vero est, cum ex ipsa systematis deductio-
ne; tum ex elogiis, quibus istud ipse cl. Auctor mactat; & quo-
rum partem bonam jam supra in ipsa Disquisitione vidimus ip-
sum nova; aut e novis systematibus, adoptata placita nequa-
quam proponere, ut *problemata*; quæ ipse quidem habeat pro
non improbabilibus; super iis tamen eruditorum iudicia audire
& admittere paratus sit: sed ipsum ea proponere & urgere
ut *dogmata evictæ & geometricæ veritatis ac evidentie*; ut dogma-
ta totius philosophiæ principalia; quibus omnes reliquæ ejus-
dem disciplinæ unice innitantur; ut dogmata, quæ opposita
sunt istis aliarum hypothesum tenebris ac labyrinthis; in
quibus

quibus huc usque orbis eruditus fuerit detentus; ut dogmata, in quibus nemo, nisi qui imbecillitate iudicii & morbo præjudiciorum laboret, quidquam iuste possit desiderare. Quod si methodus tractandi esset problematica; posset per me aliosque suo sensu abundare. Cum vero universi fere orbis eruditi, immo universi generis humani; dogmatibus fundamentalibus, universali & perpetua possessione ac confessione confirmatis, contradicant, & ea; cum in detrimentum omnis religionis, maxime revelatæ per evidentem consequentiam cedant, pro præstigiis & luminibus ipsius Theologiæ tam confidenter habeat ac prædicet; res omnino summæ est necessitatis; ut pro possessione veritatis, & in iusta pro eadem apologia; dicatur, quod res est.

MEMBRUM II.

De cl. Auctoris libro,

Vernünftige Gedanken von den Absichten
der natürlichen Dinge,
in scripto.

§. I. Recensebo nonnulla e libri hujus præfatione:

1. Summa ejus agit de *præstantia & soliditate systematis Metaphysici*, cum significatione, novum hunc librum pertinere ad illustrationem eorum, quæ in illo jam de rerum omnium finibus dicta sint.

2. Anigmaticam illam ac fato physico-mechanico accommodatam *mundi descriptionem*, quod sit *series possibilium simultaneorum & successivorum inter se connexorum*, supra Cap. I. Placito VI. p. 40. notatam, Auctor cl. hic ita allegat, ut de eo, tanquam singulari *eveniatur* sibi gratuletur: *Zu allem Glück*, inquit, *ist die allgemeine Beschreibung der Welt, die ich in der Metaphysic gegeben, so erfunden worden; daß sich in ihr für eine jede Vollkommenheit etwas gefunden; daraus sie als eine Göttliche Vollkommenheit erkannt werden mag. Es ist dieselbe Welt-Beschreibung, die ich durch die Gründe der Vernunft (sed per quam quæso logicam, & per quæ ejus argu-*

menta?) erhärtet, und durch die Erfahrung (potius ex anticipata hypothesi) dieser Welt gemäß zu seyn bestätigt (h. e. summi, præsertim nexu hujus universi etiam ad genus humanum applicato) darinnen wir uns befinden, die Leiter, darauf wir zu Gott hinauf steigen können, und ihn sehen, wie er ist. Conferantur hic, quæ supra Cap. III. in diversis Placitis dicta sunt, nec non ea, quæ Cap. I. Placitum. III. habet de æternitate mundi. Certe vereor, ne hæc scala deorsum potius, quam sursum ferat.

3. Quam vellem, si salva conscientia possem, accinege cl. Auctori, quando post alia ejusdem argumenti ita pergit: Ich habe mich erfreuet und meine Freude darüber öffentlich bezeuget, als die vernünftigen Gedanken von Gott, der Welt und der Seele des Menschen, das ander mal aufgelegt wurden, daß die Wahrheit so bald in den Gemüthern der Verständigen durchgedrungen war: allein ich freue mich izo noch mehr, da ich sichere Proben erfahren, daß sich Verständige in der einmal erkannten Wahrheit nicht haben irre machen lassen. Und nun wird es ihnen zu einer Stärkung dienen, wenn sie sehen werden, wie nach meinen Lehren die Welt so ein herrlicher Spiegel der Vollkommenheit Gottes wird. &c. Ego quidem affectui affectum jungo: ac isti latitæ meum, qui etiam aliorum est innumerorum, tristitiæ de iis systematis metaphysici effectibus, quos illud per se respectu necessariæ consecutionis tulit.

4. Und gewiß (pergit vir cl.) dieses ist der rechte Probiertstein, daran man mercken kan, ob die allgemeinen Lehren von der Welt etwas nützen, oder nicht, wenn man untersucht, wie nach ihnen sich die Vollkommenheit Gottes zeigt. At hic ipse lapis Lydius quantum desit systemati metaphysico, abunde demonstravit. Atque ita a vero abluunt ista: Die gegenwärtige Schrifte wird zur Genüge vor mich reden, daß meine Lehren von der Welt, so wohl die allgemeinen in der *Metaphysic*, als die besondere in der *Physic*, für die Ehre Gottes sehr interessiret sind.

5. Un

5. Unachtet (porro verba sunt:) ich aber so wol in der *Metaphysic* überhaupt erwiesen, als hier insbesondere ausgeführt, daß immer eins um des andern Willen ist, und alles in der Natur durch die Weisheit Gottes mit einander verknüpft wird; so habe ich doch auch erwiesen, daß daraus keine unvermeidliche Nothwendigkeit, noch eine *Fatalität* in den natürlichen Begebenheiten erfolge: Welches ich auch unlängst in einer Lateinischen Schrift ausgeführt. Si demonstratio, quod systema metaphysicum a fatali necessitate sit alienum, in hoc libro facta, eadem est, quæ est *Metaphysicæ ac Commentationis*; certe nulla est, sed potius contrarium evincit. Atque ita *liber hic de finibus* non eget uberiori epicrisi; quam tamen fortasse a non nemine accipiet. Non autem nego, multa inesse in libro isto non erronea, ea scilicet, quæ is, eruditus non ignota, ex aliorum principiis sanioribus retinuit, lectu per se non indigna, etsi multa cum erroneis principiis juncta & ad ista ex hypothesi intellecta partim etiam vulgaria sint.

§. II. Doctrinam de *finibus rerum omnium* in cl. Auctoris nostri systemate non esse genuinam, liquet

1. Ex ejus hypothesi de *æternitate mundi*. Si enim mundus æternus est, etsi a Deo in veritatis speciem, productus dicatur; finium constitutio, tanquam a Deo ordinata, in illo locum non habet: sed omnia in eo sunt necessaria, ita ut aliter existere nec potuerint, nec possint.

2. Ex ejus hypothesi de *essentiarum omnium æternitate & necessitate*, ita comparata, ut Deus, etsi alium mundum, aliis rerum essentiis repletum, eligere potuerit, tamen in hoc mundo electo nihil aliter ad existentiam producere potuerit, quam omnia ac singula producta sunt ac eveniunt, maxima & minima.

3. Ex hypothesi de *malo morali*, tanquam ad mundi optimi ideam pertinente. Pro hac enim hypothesi ipsa hominum peccata ad Dei fines & decreta referuntur, sine intento cum eventu confuso. De quo supra Cap. I. Placito IV.

4. Ex hypothesi de *nexu rerum omnium fatali & necessario*, quocum *nexus rerum sapiens*, qualis in genuina & libera finium consti-

constitutione & subordinatione est, ex ipsa cl. Auctoris confessione, consistere nequit, teste ipsius Commentatione Ubi enim non est *libertas*, ibi nulla est genuini nominis *sapientia* & finium ratio.

§. III. In libri fronte inter alia hæc legimus: Ich weiß wohl, daß die Gottesgelehrten auch Seel-Sorger sind, und diese Seelen-Sorge sie dazu verbindet, daß sie die ihnen anvertraute Gemeine nicht mit Irthümern einnehmen lassen, welche den Glauben tilgen, und zu einem gottlosen Leben führen: Allein ich weiß nicht weniger, daß die Seelen-Sorge ihre abgemessene Schranken hat, die man nicht eigenmächtig nach seinem Gefallen erweitern darf. Da der Glaube ein Vertrauen zu Gott wegen des Verdienstes Christi ist, daß er uns um deswillen für gerecht und heilig ansehen wolle: so hat auch ein Seelen-Sorger nicht eher recht gegen den Welt-Weisen sich aufzulösen, als bis er in dem Stande ist zu erweisen, daß er einen Satz läugnet, darinnen dieses Vertrauen gegründet ist. Siccine universum doctrinæ evangelicæ systema absolvitur unica illa doctrina de redemptione Christi, fide ad justitiam amplectenda, adeo, ut philosophus, qui hoc dogma non explicite negat, habeat privilegium ejusmodi philosphiæ systema extruendi, cujus centrum & omnis peripheria est in fato physico-mechanico, eoque in suo genere absoluto, & ad ipsum etiam genus humanum applicato? Aut num ipsa doctrina de Christi officio & corpore ejus mystico, ecclesia, cum systemate isto, ad praxin applicato, consistere potest? Ex nonne facti plusquam Stoici hypothesi, ad actiones animæ ac corporis applicata, feræ & genuinæ peccatorum agnitioni penitus obstat, & hinc prohibet, quo minus fides in Christum accendi possit, aut jam accensam, simul ac cum universo systemate adoptata est, cursus evertit, & in omnem vitæ impietatem per se influit? Ut nihil nunc repetam de noxia miraculorum divinarum descriptione, generatim ad universi turbationem relata, & ad regulas alias haud genuinas adstricta. Si contra hæc & his similia pseudophilosophemata Theologi ne hiscere quidem deberent, simul ac audiunt, cum illis *meritum Christi admitti*; æctum esset, uti de merito Christi; sic etiam de Theologia in universum.

F I N I S.





